


Pro exalt: S. Ecclesiæ
Pro Extirp: Hæresum
Pro Concordia Cath. Principum
Pro Tranq: et salute totiꝰ Reip:

J. F. ... ald.

quas pro gloria tua sustinuerunt.
Per amorem, quo eos ab aeterno elegisti.
Per amorem, quo eos ad te attraxisti.
Per amorem, quo tam dulciter in cordibus eorum habitasti.
Per amorem, quo eis, tam multiplices gratias contulisti.
Per amorem, quo eos in caelo suscepisti.
Per amorem, quo eis praemia aeterna largiris.
Per amorem, qui inter te et ipsos intercedit. Agnus Dei. etc.
V. Orate pro nobis omnes S. et electi Dei.
R. Ut vestris meritis ad aeterna gaudia pervenire mereamur.

Oremus.

Dne Jesu Christe, tuorum corona Sanctorum, miserere populo tuo, super quo invocatum est nomen tuum, et propter merita sanctorum tuorum, propitius esto iniquitatibus nostris. Memento omnis fidelitatis et amoris, quo tibi usque ad mortem servierunt. En sanguis eorum tam crudeliter et innocenter effusus, clamat ad te de terra, Vin

plorans

Jesu Christe miserere nostri.

plorans tuam misericordiam. Illorum ergo meritis, quæ tibi offerimus, placatus concede nobis eorum frui consortio, quorum nitimur meritis et patrocinio. Qui vivis et regnas etc. Amen.

Praxis

offerendi horas canonicas.

Deus, cujus immensam majestatem adorat omnis Ecclesia sanctorum: offero tibi has Ecclesiæ preces, â me indigno, die hodierno recitandas. Offero in primis omnes â matutino usq ad completorium horas, offero omnes earum affect, et sensus â Spiritu S. et ab Ecclesia sponsa tua intentos, atq hic depositos, offero earum omnia puncta, commata, sententias, verba, literas. Offero omnes motus linguæ meæ et manuum mearum, ictus oculorum, omnes respirationes, cogitationes et affectiones animæ meæ, omnes mei totius commotiones in hac præsenti oratione intercludsuras. Accepta igitur hoc tributum servitutis meæ. Tu, qui es Dominus meus, Rex meus, Deus meus solus, unicus naalis, meus mancipium tuum naale et voluntarium Spiritu tuo Sancto, et gratia efficaci, atq abundanti purifica, confirma, sanctifica, ut tibi servitium meum in sanctitate et justitia, et perseverantia semper exhibere valeam. Qui in Trinitate perfecta vivis et



OFFICIVM BEATÆ MARIÆ VIRGINIS,

Nuper reformatum, & Pij Quinti Pont. Max. iussu editum.

Aggiuntiui quei Salmi, che si dicono à i Vesperi, & alle Compiete le Domeniche, & Feste di tutto l'Anno, con il Rosario.

Palud Camal...



Anselo Vegron

VENETIIS, APVD IVNTAS.

M D C XXIX.

EX BVLLA SS. D. N.

Pij Papæ Quinti,

De recitatione Officij B. Mariæ Virginis.

AC vt fidelium omnium voluntas, & ſtudium magis ad ſalutarem huius noſtri Officij B. Mariæ virginis, & Orationum in eo reductarum, lectionem, & vſum citetur, de omnipotentis Dei miſericordia, beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius uctoritate confiſi, omnibus & ſingulis, qui d recitationem huiuſmodi non tenentur, quoes iſtud ſic de mandato noſtro reformatum, uinquaginta dies, qui verò Defunctorum Officium eodem volumine inſertum, alios quinuaginta, qui Septem Pſalmos, aut Graduales iam eodem volumine inſertos, alios quadranta, & qui aliquam ex Orationibus ibidem ariter inſertis deuotè recitauerint, alios quindecim dies de iniunctis ſibi pœnitentijs miſeicorditer in Domino relaxamus. Obligatis verò eas dumtaxat indulgentias concedimus, uæ litteris noſtris ſuper reformatione noui reuiarij editis deſignantur, & huiuſmodi beaę Marię virginis, aut Defunctorum Officium, el Septem Pſalmos, aut Graduales recitantius conceduntur.

INDEX EORVM, QVÆ in hoc volumine continentur.

Oratio-

Index.

Tabula litterarum Dominicalium ab Idibus Octobr. anni correctionis 1582. (detractis prius decem diebus) vsque ad annum 1700. exclusiuè.

C B A F E D C A G F E C B A
G B D
G E D C B G F E D B A G F D
F A C E

IN tabula suprascripta litteram Dominicalem singulis annis hoc pacto inuenies: primam litteram, quæ est C, tribue ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. vsque ad finem anni. Sequentem, quæ est B, tribue anno 1583. Sicque deinceps progredere quousque peruenias ad numerum anni, cuius litteram scire vis: quia littera super quam cadit numerus illius anni, erit littera Dominicalis. Quæ si vnica occurrerit, annum communem esse intelliges. Si duplex, bissextilem: & tunc prior, idest superior vsque ad festum sancti Matthiæ Apostoli deseruiet: inferior autem ad reliquam anni partem accommodabitur. Sciendum autem, quòd finitis vigintiocto annis, redeundum est ad principium cum annis tunc currentibus.

Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ab Idibus Octob. anni correctionis 1582. (detractis prius decem diebus) vsque ad annum 1700. exclusiuè.

Aur. num.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.
Epactæ.	xxvj.	vij.	xviij.	xxix.	x.	xxj.	ij.	xiij.	xxiv.

15.	16.	17.	18.	19.	1.	2.	3.	4.	5.
v.	xvj.	xxvij.	viij.	xix.	j.	xij.	xxiij.	iiij.	xv.

Simili

SImili modo, vt dictum est de littera Dominicali, deprehendes etiam Epactæ numerum in suprascripta numerorum serie: nam primum numerum, qui est 6. tribue ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. vsque in finem anni. Sequentem qui est 7. tribue anno 1583. & sic deinceps donec ad annum tuum peruenias, & finitis decem & nouem annis regredere iterum ad principium.

Ad inueniendum ergo quot dies habeat Luna, numero Epactæ anni currentis addantur tot dies, quot sunt Calendæ mensium præcedentium à Calendis Martij, vsque ad mensem, cuius quæritur quota sit Luna: addantur præterea tot numeri, quot sunt dies eiusdem mensis: & omnibus numeris simul computatis, inuenietur quot dies habeat Luna in illo mense. Quòd si numerus aggregatus ex supradictis superaret 30. abiectis 30. quot supersunt, sunt dies Lunæ.

De Festis Mobilibus.

EX sequenti Tabula festa Mobilia ita reperientur. In latere sinistro tabulæ accipiatur numerus annorum tunc currentium, è regione cuius numeri omnia festa Mobilia dicto citius inueniuntur.

TABELLA TEMPORARIA

Anni Domini.	Litteræ Dominicales.	Aureus numerus.	Epactæ.	Septuagesima.	Dies Cinerum.	Pascha.
1629	g	15	v	11. Feb.	28. Feb.	15. Apr.
1630	f	16	xvi	27. Ian.	13. Feb.	31. Mar.
1631	e	17	xxvij	16. Feb.	5. Mar.	20. Apr.
1632	d c	18	viij	8. Feb.	25. Feb.	11. Apr.
1633	b	19	xix	23. Ian.	9. Feb.	27. Mar.
1634	A	1	j	12. Feb.	1. Mar.	16. Apr.
1635	g	2	xij	4. Feb.	21. Feb.	8. Apr.
1636	f e	3	xxiij	20. Ian.	6. Feb.	23. Mar.
1637	d	4	iiij	8. Feb.	25. Feb.	12. Apr.
1638	c	5	xv	31. Ian.	17. Feb.	4. Apr.
1639	b	6	xxvj	20. Feb.	9. Mar.	24. Apr.
1640	A g	7	vij	5. Feb.	22. Feb.	8. Apr.
1641	f	8	xviij	27. Ian.	13. Feb.	31. Mar.
1642	e	9	xxix	16. Feb.	5. Mar.	20. Apr.
1643	d	10	x	1. Feb.	18. Feb.	5. Apr.
1644	c b	11	xxj	24. Ian.	10. Feb.	27. Mar.
1645	A	12	ij	12. Feb.	1. Mar.	16. Apr.
1646	g	13	xiij	28. Ian.	14. Feb.	1. Apr.
1647	f	14	xxiiij	17. Feb.	6. Mar.	21. Apr.
1648	e d	15	v	9. Feb.	26. Feb.	12. Apr.
1649	c	16	xvj	31. Ian.	17. Feb.	4. Apr.
1650	b	17	xxvij	13. Feb.	2. Mar.	17. Apr.
1651	A	18	viij	5. Feb.	22. Feb.	9. Apr.
1652	g f	19	xix	28. Ian.	14. Feb.	31. Mar.
1653	e	1	j	9. Feb.	26. Feb.	13. Apr.
1654	d	2	xij	1. Feb.	18. Feb.	5. Apr.
1655	c	3	xxiij	24. Ian.	10. Feb.	28. Mar.
1656	b A	4	iiij	13. Feb.	1. Mar.	16. Apr.
1657	g	5	xv	28. Ian.	14. Feb.	Apr.
1658	f	6	xxvj	17. Feb.	6. Mar.	21. Apr.
1659	e	7	vij	9. Feb.	26. Feb.	13. Apr.
1660	d c	8	xviij	25. Ian.	11. Feb.	28. Mar.
1661	b	9	xxix	13. Feb.	2. Mar.	17. Apr.
1662	A	10	x	5. Feb.	22. Feb.	9. Apr.
1663	g	11	xxj	21. Ian.	7. Feb.	25. Mar.

FESTORVM MOBILIVM.

Anni Domini.	Ascensio.	Pentecostes.	Corpus Christi.	Indictio.	Dñicæ post Pẽtec.	Prima Dñica Aduẽt.
1629	24.Maij	3.Iun.	14.Iun.	12	25	2.Dec.
1630	9.Maij	19.Maij	30.Maij	13	27	1.Dec.
1631	29.Maij	8.Iun.	19.Iun.	14	24	30.Nou.
1632	20.Maij	30.Maij	10.Iun.	15	25	28.Nou.
1633	5.Maij	15.Maij	26.Maij	1	27	27.Nou.
1634	25.Maij	4.Iun	15.Iun.	2	25	3.Dec.
1635	17.Maij	27.Maij	7.Iun.	3	26	2.Dec.
1636	1.Maij	11.Maij	22.Maij	4	28	30.Nou.
1637	21.Maij	31.Maij	11.Iun.	5	25	29.Nou.
1638	13.Maij	23.Maij	3.Iun.	6	26	28.Nou.
1639	2.Iun.	12.Iun.	23.Iun.	7	23	27.Nou.
1640	17.Maij	27.Maij	7.Iun.	8	26	2.Dec.
1641	9.Maij	19 Maij	30.Maij	9	27	1.Dec.
1642	29.Maij	8.Iun.	19.Iun.	10	24	30.Nou.
1643	14.Maij	24.Maij	4.Iun.	11	26	29.Nou.
1644	5.Maij	15.Maij	26.Maij	12	27	27.Nou.
1645	25.Maij	4.Iun.	15.Iun.	13	25	3.Dec.
1646	10.Maij	20.Maij	31.Maij	14	27	2.Dec.
1647	30.Maij	9.Iun.	20.Iun.	15	24	1.Dec.
1648	21.Maij	31.Maij	11.Iun.	1	25	29.Nou.
1649	13.Maij	23.Maij	3.Iun.	2	26	28.Nou.
1650	26.Maij	5.Iun.	16.Iun.	3	24	27.Nou.
1651	18.Maij	28.Maij	8.Iun.	4	26	3.Dec.
1652	9.Maij	19.Maij	30.Maij	5	27	1.Dec.
1653	22.Maij	1.Iunij	12.Iun.	6	25	30.Nou.
1654	14.Maij	24.Maij	4.Iun.	7	26	29.Nou.
1655	6.Maij	16.Maij	27.Maij	8	27	28.Nou.
1656	25.Maij	4.Iunij	15.Iun.	9	25	3.Dec.
1657	10.Maij	20.Maij	31.Maij	10	27	2.Dec.
1658	30.Maij	9.Iun.	20.Iun.	11	24	1.Dec.
1659	22.Maij	1.Iunij	12.Iun.	12	25	30.Nou.
1660	6.Maij	16.Maij	27.Maij	13	27	28.Nou.
1661	26.Maij	5.Iunij	16.Iun.	14	24	27.Nou.
1662	18.Maij	28.Maij	8.Iun.	15	26	3 Dec.
1663	3.Maij	13.Maij	24.Maij	1	28	2.Dec

Tauola del far della Luna, secondo il vero computo, principiando il giorno

Auuertendo, che sopra le caselle sotto il Mese, sono due lettere D, & H, le quali due

Anni curr.	Gen. D. H.	Febr. D. H.	Mar. D. H.	April. D. H.	Mag. D. H.	Giug. D. H.
1629	24.18	22.10	25.16	23.16	22. 1	20. 9
1630	13.17	11.11	13. 5	12.21	11.11	10.22
1631	2.23	1. 14	2. 6	1.23	1 | 15 30 | 5	29.18
1632	21.22	19.11	20. 1	19.16	18. 7	17.22
1633	10.12	8.22	9. 8	8.21	7. 8	6.23
1634	29.13	27. 0	29.12	27. 2	27.16	25. 7
1635	18. 5	17.14	17. 0	15.10	15.21	13. 9
1636	7.20	6.16	7.16	5. 0	4. 9	3.17
1637	26.21	24.10	26.17	24. 1	23. 8	22.16
1638	15. 3	14.19	15. 8	14.17	13. 1	11. 8
1639	4. 4	3.23	3.15	2. 5	21. 1	29. 9
1640	22.22	21.17	22.10	21. 1	10.16	19.24
1641	11. 1	9.17	11.10	10. 3	17.19	8. 6
1642	20.23	28.13	30. 4	29.24	28.11	17. 2
1643	19.12	18.23	18.10	17.23	16.12	15. 3
1644	8. 4	6. 14	8. 23	6. 9	6. 19	4. 6
1645	27. 6	26.15	27.24	24. 8	25. 2	23. 9
1646	17.18	15. 7	16.13	16. 1	14. 8	13.16

ſecondo l'vſo dell'horologio commune al tramontar del Sole.

lettere, il D, ſignifica Dì, & H, ſignifica Hore del far della Luna.

Anni curr.	Lugl. D. H.	Ago. D. H.	Setẽ. D. H.	Otto. D. H.	Nou. D. H.	Decẽ. D. H.
1629	20.16	18. 1	16. 9	16.20	14. 9	14. 0
1630	9. 8	8.17	6. 2	5.11	4.21	3. 8
1631	28. 6	27.16	25. 2	25.12	23.23	22.10
1632	17.12	15. 2	14.15	13. 4	12.15	11. 2
1633	6.14	4. 5	3.21	3.13	1. 3	1.17
1634	25.22	24. 1	22. 5	22.19	20. 8	20.19
1635	13.23	12.15	10. 8	10. 1	9.17	8. 8
1636	2. 4	1 | 17 30 | 8	29. 1	29.20	28.14	27. 7
1637	21. 1	20.12	18. 1	18.22	17.14	16.10
1638	11.15	9. 0	7.10	7.23	6.15	5. 9
1639	29.16	27. 0	25.10	25.19	24.12	23. 4
1640	18. 9	17.17	15. 2	14.11	13.22	11. 5
1641	8. 21	6. 8	5.18	4. 4	2.13	2.14
1642	27.16	25. 5	24.18	23. 5	21.13	21. 2
1643	15.18	13.10	12. 1	12.16	10. 6	10.18
1644	4. 19	2. 10	1. 3	1.20	29. 5	29.19
1645	23.25	21.20	20.21	19.14	18. 9	18. 3
1646	12.24	10.10	9.23	9.15	7. 9	7. 4

DE EPACTIS,
ET NOVILVNIIS.

EPacta nihil aliud est, quàm numerus dierum, quibus annus Solaris communis dierum 365. annum communem Lunarem dierum 354. superat: ita vt Epacta primi anni sit 11. cùm hoc numero annus Solaris communis Lunarem annum communem excedat, atque adeò sequenti anno Nouilunia contingant 11. diebus prius, quàm anno primo. Ex quo fit, Epactam secundi anni esse 22. cùm eo anno rursum annus Solaris Lunarem annum superet 11. diebus, qui additi ad 11. dies primi anni efficiunt 22. Ac proinde, finito hoc anno, Nouilunia contingere 22. diebus prius, quàm primo anno: Epactam autem tertij anni esse 3. quia si rursus 11. dies ad 22. adijciantur, efficietur numerus 33. à quo si reijciantur 30. dies, qui vnam Lunationem Embolismalem constituunt, relinquentur 3. atque ita deinceps. Progrediuntur enim Epactæ omnes per continuum augmentum 11. dierum, abiectis tamen 30. quando reijci possunt. Solùm quando peruentum erit ad vltimam Epactam, Aureo numero 19. respondentem, quæ est 29. adduntur 12. vt abiectis 30. ex composito numero 41. habeatur rursus Epacta 11. vt in principio. Quod ideò fit, vt vltima

Luna-

Lunatio Embolismica, currente Aureo numero 19. sit tantùm 29. dierum. Si enim 30. dies contineret, vt aliæ sex Lunationes Embolismicæ, non redirent Nouilunia post 19. annos Solares ad eosdem dies, sed versus calcem mensium prolaberentur, contingerentque vno die tardius, quàm ante 19. annos. De qua re plura inuenies in libro nouæ rationis restituendi Kalendarij Romani.

DE INDICTIONE.

INdictio est reuolutio 15. annorum ab 1. vsque ad 15. qua reuolutione peracta iterum reditur ad vnitatem, initiumque sumit quilibet annus huius Cycli à Ianuario in Bullis Pontificijs, sicut de Cyclo decennouennali Aurei numeri scripsimus. Et quoniam Indictionis frequens vsus est in Diplomatibus, & scripturis publicis, facilè annum Indictionis currentem, quolibet anno proposito inueniemus ex sequenti Tabella, cuius vsus perpetuus est, initium tamen sumit ab anno correctionis 1582.

Tabella Indictionis ab anno correctionis 1582.

10.	11.	12.	13.	14.	15.	1.	2.	3.
4.	5.	6.	7.	8.	9.			

Nam si anno 1582. tribuas primum numerum, qui est 10. & sequenti anno 1583. secun-

ſecundum numerum, qui eſt 11. & ſic deinceps vſque ad annum propoſitum, redeundo ad principium Tabellæ, quotieſcumque eam percurreris, cadet annus propoſitus in Indictionem, quæ quæritur.

De Anno, & eius partibus.

ANnus Menſes habet duodecim, Hebdomadas duas & quinquaginta, & diem vnum. Dies verò trecentos ſexagintaquinque, & ſex horas: tanto enim temporis interuallo Sol Zodiacum perluſtrat. Quater autem ſex horæ ſingulis quaternis annis dierñ conſtituunt: hinc annus ille fit intercalaris, qui Biſſextus, vel Biſſextilis dicitur.

Ex quot diebus conſtet vnuſquiſque menſis.

Triginta Aprilis, Iunius, Septemque, Nouemque.
Vno plus alij, viginti Februus octo.
At ſi Biſſextus fuerit, ſuperadditur vnus:
Et tunc bis ſexto Marti conſcribe Kalendas.

De numero Nonarum, ac Iduum ſingulorum menſium.

Sex Nonas Maius, October, Iulius, & Mars,
Quatuor at reliqui, dabit Idus quilibet octo.

Et notandum, primo quoque die menſis dicendum Calendis: quinto, Nonis: decimo

mo tertio, Idus, vbi Nonæ quatuor: vbi verò sex, septimo, Nonis decimoquinto, Idibus in casu sexto. Reliquis autem diebus, pridie, tertio, quarto Calendas, aut Nonas, aut Idus in casu quarto retrorsum numerando vsque ad eum diem, quo aut Calendis, aut Nonis, aut Idibus, dicimus: quod apud approbatissimos quosque licet intueri.

Quando inchoatur Aduentus Domini.

ADuentus Domini inchoatur Dominica proximiori festo S. Andreæ, vel ipsa die sancti Andreæ, si in Dominica venerit.

Quatuor Tempora.

QVatuor Tempora celebrantur quarta & sexta feria, ac Sabbato post tertiam Dominicam Aduentus: Post primam Dominicam Quadragesimæ: Post Pentecosten: Post festum Exaltationis sanctæ Crucis.

Nuptiæ iuxta decretum Concilij Tridentini.

A Dominica prima Aduentus, vsque in diem Epiphaniæ: & à feria quarta Cinerum, vsque in Octauam Paschatis, inclusiuè, sancta Synodus solemnitates Nuptiarum prohibet. In alijs verò temporibus Nuptias solemniter celebrari permittit.

IANVARIVS

Habet dies 31. Luna verò 29.

A	1	Circumcisio Domini.
b	2	Macarij Abbatis.
c	3	Aniceti Papæ & martyris.
d	4	Hermetis, & sociorum marty.
e	5	Telesphori Papæ & martyris.
f	6	Epiphania Domini.
g	7	Crispini episcopi & confess.
A	8	Seuerini episcopi & martyris.
b	9	Marcellini episcopi & confess.
c	10	Pauli primi Eremitæ.
d	11	Higini Papæ & martyris.
e	12	Ioannis & Probi episcopi.
f	13	Hilarij Episcopi & confess.
g	14	Felicis presbyteri & martyris.
A	15	Mauri Abbatis.
b	16	Marcelli Papæ & martyris.
c	17	Antonij Abbatis.
d	18	Cath. Rom. S. Petri Apost. & Priscę virg. & mar.
e	19	Marij, & sociorum mart.
f	20	Fabiani & Sebastiani martyrum.
g	21	Agnetis virginis & martyris. Sol in Aquario.
A	22	Vincentij, & Anastasij mart.
b	23	Emerentianæ virginis & martyris.
c	24	Timothei episcopi & martyris.
d	25	Conuersio S. Pauli Apostoli.
e	26	Polycarpi episcopi & martyris.
f	27	Ioannis Chrysost. episc. & confess.
g	28	Agnetis secundò.
A	29	Constantij episcopi & confess.
b	30	Sauinæ viduæ.
c	31	Translatio Corp. S. Marci Euangelistæ, & Gemin. episcopi & confess.


FE-

FEBRVARIVS

Habet dies 28. Luna verò 30.

d	1	Ignatij epiſcopi & mart. & Brigidæ virginis.
e	2	Purificatio beatæ Mariæ Virginis.
f	3	Blaſij epiſcopi & martyris.
g	4	Eutychij martyris.
A	5	Agathæ virginis & mart.
b	6	Dorotheæ virginis & mart.
c	7	Romualdi Abbatis.
d	8	Iuuentij, & Honorati epiſc. & confeſſ.
e	9	Apolloniæ virginis & martyris.
f	10	Scolaſticæ virginis.
g	11	Lucij epiſcopi & ſociorum mart.
A	12	Eulaliæ virginis & martyris.
b	13	Fuſcæ virginis & martyris.
c	14	Valentini presbyteri & martyris.
d	15	Fauſtini, & Iouitæ martyrum.
e	16	Fauſtini epiſcopi & confeſſ.
f	17	Fintani presbyteri & confeſſ.
g	18	Helladij epiſcopi & confeſſ.
A	19	Manſueti epiſcopi & confeſſ.
b	20	Leonis epiſc. & confeſſ. Sol in Piſcibus.
c	21	Maximiani epiſcopi & confeſſ.
d	22	Cathedra Antiochiæ S. Petri Apoſtoli.
e	23	Felicis, & Florentij epiſcopi.
f	24	Matthiæ Apoſtoli.
g	25	Cæſarij epiſcopi & confeſſ.
A	26	Alexandri epiſcopi.
b	27	Iuliani & Eunti marty.
c	28	Romani Abbatis.

Anno biſſextili additur vnus dies, & fit dierum 29. ſed feſtum S. Matthiæ celebratur die 25. & tunc dicitur bis ſexto Kalen. hoc eſt 24. & 25. die, & ſic littera Dominicalis mutatur in ſuperiorem, vt ſi ſit D. in C, ſi ſit C, in B. Similiter & in alijs. Et fuit 1628, & erit 1632.



M A R T I V

Habet dies 31. Luna verò 29.

d	1	Herculani episcopi, & martyris.
e	2	Iouini, & Basilei mart.
f	3	Hemiterij, & Chelidonij mart.
g	4	Casimiri conf. & Lucij Papæ, & mart.
A	5	Eusebij, & sociorum martyrum.
b	6	Martiani episcopi, & mart.
c	7	Thomæ de Aquino Doctoris, & Perpetuæ, Felicitatis mart.
d	8	Felicis episcopi, & confess.
e	9	Quadraginta martyrum.
f	10	Caij, & Alexandri mart.
g	11	Eulogij presbyteri.
A	12	Gregorij Papæ & confess. & Eccl. Doctori
b	13	Ansouini episcopi, & confess.
c	14	Petri & Aphrodisij mart.
d	15	Longini martyris.
e	16	Agapiti episc. & confess.
f	17	Geltrudæ virginis.
g	18	Anselmi episcopi, & confess.
A	19	Ioseph confess. sponsi Mariæ virginis.
b	20	Ioachimi conf. sponsi B. Mariæ virginis.
c	21	Benedicti Abbatis.
		Sol in Ariete.
d	22	Epaphroditi episcopi, & confess.
e	23	Theoduli presbyteri, & confess.
f	24	Simeonis pueri, & martyris.
g	25	Annunciatio B. Mariæ virginis.
A	26	Castuli martyris.
b	27	Ruperti episcopi, & confess.
c	28	Sixti Papæ tertij, & confessoris.
d	29	Eustasij Abbatis.
e	30	Pastoris & Zosimi episc.
f	31	Balbinæ virginis.

APRI-

I V N I V S

Habet dies 30. Luna verò 30.

e	1	Secundi martyris.	
f	2	Marcellini, Petri, & Erasmi mart.	
g	3	Oliuæ virginis.	
A	4	Quirini, & Clarei episc. & mart.	
b	5	Sancij martyris.	
c	6	Norberti episcopi, & confess.	
d	7	Petri, & sociorum martyrum.	
e	8	Salustiani, & Victorini confess.	
f	9	Primi, & Feliciani mart.	
g	10	Getulij, & sociorum martyrum.	
A	11	Barnabæ Apostoli.	
b	12	Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij martyrum.	
c	13	Antonij de Padua confess.	
d	14	Basilij episcopi & confes.	
e	15	Viti, Modesti, & Crescentiæ mart.	
f	16	Aureliani episcopi.	
g	17	Himerij episcopi & confes.	
A	18	Marci & Marcelliani mart.	
b	19	Geruasij, & Protasij mart.	
c	20	Silnerij Papæ, & martyris.	
d	21	Albani martyris.	
		Sol in Cancro.	
e	22	Paulini episcopi & confessoris, & decem millia crucifixorum.	
f	23	Ioannis presbyt. & mart.	Vigilia.
g	24	Natiuitas S. Ioannis Baptistæ.	
A	25	Prosperi episcopi & confess.	
b	26	Ioannis & Pauli martyrum.	
c	27	Ladislai regis.	
d	28	Leonis secundi Papæ & confess.	Vigilia.
e	29	Petri & Pauli Apostolorum.	
f	30	Commemoratio S. Pauli Apostoli.	

I V L I V S

Habet dies 31. Luna verò 29.

g	1	Martialis Apoſtoli.
A	2	Viſitatio beatæ Mariæ ad Eliſabeth.
b	3	Heliodori epiſc. & confeſſ.
c	4	Lauriani epiſcopi & mart.
d	5	Domitij martyris.
e	6	Romuli epiſcopi & mart.
f	7	Odonis epiſcopi & confeſſ.
g	8	Auſpicij epiſcopi & confeſſ.
A	9	Anatoliæ & Audacis mart.
b	10	Septem fratrum mart.
c	11	Pij Papæ, & martyris.
d	12	Naboris, & Felicis martyrum, & Ioannis Gualberti Abbatis.
e	13	Anacleti Papæ, & mart.
f	14	Bonauenturæ epiſcopi, & confeſſ. & Eccl. Doct.
g	15	Felicis epiſcopi & mart.
A	16	Domnioni mart.
b	17	Marinæ virginis, & Alexij confeſſ.
c	18	Symphoroſæ cum ſeptem filijs mart.
d	19	Iuſtæ, & Rufinæ mart.
e	20	Margaritæ virginis, & mart.
f	21	Praxedis virginis.
		Sol in Leo.
g	22	Mariæ Magdalenæ.
A	23	Apollinaris epiſcopi & mart.
b	24	Chriſtinæ virg. & mart. Vigilia.
c	25	Iacobi Apoſtoli. & Chriſtophori mart.
d	26	Annæ matris B. Mariæ virginis.
e	27	Pantaleonis martyris.
f	28	Nazarij, Celſi, & Victoris Papæ & mart.
g	29	Marthæ virginis.
A	30	Abdon, & Sennen mart.
b	31	Fantini confeſſoris.

AVGVSTVS

Habet dies 31. Luna verò 30.

c	1	Petri ad Vincula, & Machabęorum martyrum, & Eusebij episcopi, & mart.	
d	2	Stephani Papæ, & mart.	
e	3	Inuentio S. Stephani protomart.	
f	4	Dominici confessoris.	
g	5	Sanctæ Mariæ ad Niues.	
A	6	Transfiguratio Domini.	
b	7	Donati episc. & mart.	
c	8	Cyriaci, Largi, & Smaragdi mart.	
d	9	Romani martyris.	Vigilia.
e	10	Laurentij Martyris.	
f	11	Tiburtij, & Susannæ mart.	
g	12	Claræ virginis.	
A	13	Hippolyti, & Cassiani mart.	
b	14	Eusebij presbyteri & confes.	Vigilia.
c	15	Assumptio beatæ Mariæ virginis.	
d	16	Rocchi confess. & Hyacinthi confess.	
e	17	Mamanti martyris.	
f	18	Agapiti martyris.	
g	19	Ludouici episcopi, & confessoris.	
A	20	Bernardi Abbatis.	
		Sol in Virgine.	
b	21	Priuati episcopi & mart.	
c	22	Timothei, & sociorum mart.	
d	23	Philippi confess.	Vigilia.
e	24	Bartholomæi Apostoli.	
f	25	Ludouici Regis Franciæ confess.	
g	26	Zephyrini Papæ, & mart. & Alexandri mart.	
A	27	Ruffi martyris.	
b	28	Augustini Episcopi confess. & Eccl. Doct.	
c	29	Decollatio S. Ioannis Baptistæ.	
d	30	Felicis & Adaucti martyrum.	
e	31	Optati episcopi, & confess.	

SEPTEMBER

Habet dies 30. Luna verò 29.

f	1	Ægidij Abb. & duodecim fratrum mart.
g	2	Elpidij Abbatis.
A	3	Euphemiæ, Dorotheæ, & soc. mart.
b	4	Candidæ virginis.
c	5	Victorini martyris.
d	6	Zachariæ prophetæ.
e	7	Reginæ virginis & mart.
f	8	Natiuitas B. Mariæ Virginis.
g	9	Gorgonij martyris.
A	10	Nicolai de Tolentino confess.
b	11	Proti, & Iacinthi mart.
c	12	Antonomij episcopi & mart.
d	13	Septem dormientium martyrum.
e	14	Exaltatio sanctæ Crucis.
f	15	Nicomedis martyris.
g	16	Cornelij, & Cypriani martyrum.
A	17	Satyri confessoris.
b	18	Eustogij Episcopi & confess.
c	19	Ianuarij, & sociorum mart.
d	20	Eustachij, & soc. mart. Vigilia.
e	21	Matthæi Apostoli & Euangelistæ.
f	22	Mauritij, & soc. mart.
		Sol in Libra.
g	23	Lini Papæ & martyris, & Theclæ virginis & martyris.
A	24	Germani Abbatis.
b	25	Cleophæ discipuli Domini mart.
c	26	Cypriani, & Iustinæ martyrum.
d	27	Cosmæ, & Damiani martyrum.
e	28	Exuperij episcopi & martyris.
f	29	Dedicatio S. Michaelis Archangeli.
g	30	Hieronymi presbyteri & confessoris, & Ecclesiæ Doctoris.

OCTO-

OCTOBER

Habet dies 31. Luna verò 30.

A	1	Remigij episcopi & confessoris.
b	2	Prima Dominica Festum sanctissimi Rosarij.
c	3	Candidi martyris.
d	4	Francisci confessoris. & Petronij confess.
e	5	Placidi, & sociorum martyrum.
f	6	Brunonis Conf. & Magni episcopi & confess.
g	7	Iustinæ virg. & mart. & Birgittæ Viduæ.
A	8	Reparatæ virginis, & mart.
b	9	Dionysij, Rustici, & Eleutherij martyrum.
c	10	Cerbonij episcopi & confess.
d	11	Germani episcopi & mart.
e	12	Saluini episcopi.
f	13	Chelidoniæ virginis.
g	14	Callisti Papæ & martyris.
A	15	Brunonis episcopi & mart.
b	16	Galli abbatis, & confess.
c	17	Victoris episcopi & confessoris.
d	18	Lucæ Euangelistæ.
e	19	Maximi Diaconi, & mart.
f	20	Irenes virg. & martyris.
		Sol in Scorpione.
g	21	Vrsulæ & vndecim millia virginum & mart. & Hilarionis abbatis.
A	22	Cordulæ virg. & martyris.
b	23	Veri episcopi, & confessoris.
c	24	Felicis episcopi & sociorum martyrum.
d	25	Chrysanthi, & Dariæ martyrum.
e	26	Euaristi Papæ & martyris.
f	27	Vincentij, Sabinæ, & Christetæ mart. Vigilia.
g	28	Simonis & Iudæ Apostolorum.
A	29	Eusebiæ virginis & martyris.
b	30	Gerardi episcopi & confessoris.
c	31	Quintini martyris.

NOVEMBER

Habet dies 30. Luna verò 29.

d	1	Omnium Sanctorum.
e	2	Commemoratio omnium fidelium Defunctorum.
f	3	Huberti episcopi.
g	4	Caroli epi, & conf. & Vitalis, & Agricolæ mart.
A	5	Zachariæ patris S. Ioannis Baptistæ.
b	6	Leonardi confessoris.
c	7	Prosdocimi & Herculani episcoporum.
d	8	Quatuor Coronatorum martyrum.
e	9	Theodori martyris.
f	10	Triphonis, Respicij, & Nymphæ mart.
g	11	Martini episcopi & confessoris.
A	12	Martini Papæ, & mart.
b	13	Didaci confess. & Homoboni confess.
c	14	Clementini, & sociorum mart.
d	15	Eugenij martyris.
e	16	Eleutherij episcopi, & confessoris.
f	17	Gregorij Thaumaturgi episcopi, & confessoris.
g	18	Dedicatio Apost. Petri & Pauli Romæ.
A	19	Pontiani Papæ, & mart.
b	20	Simplicij episcopi, & confessoris.
		Sol in Sagittario.
c	21	Præsentatio B. Mariæ virginis.
d	22	Cæciliæ virginis & mart.
e	23	Clementis Papæ & mart.
f	24	Chrysogoni martyris.
g	25	Catharinæ virginis & martyris.
A	26	Petri Alexandrini episcopi & mart.
b	27	Maximi episcopi & confessoris.
c	28	Ruffi martyris.
d	29	Saturnini mart. Vigilia.
e	30	Andreæ Apostoli.

DE.

DECEMBER

Habet dies 31. Luna verò 30.

f	1	Candidæ virginis, & martyris.
g	2	Bibianæ virginis & martyris.
A	3	Mirocletis epiſcopi, & confeſſoris.
b	4	Barbaræ virginis, & martyris.
c	5	Sabbæ Abbatis.
d	6	Nicolai Epiſcopi & confeſſoris.
e	7	Ambroſij Epiſcopi & confeſſoris, & Eccleſiæ Doctoris.
f	8	Conceptio beatæ Mariæ virginis.
g	9	Syri & Proculi epiſc. & confeſſ.
A	10	Melchiadis Papæ, & confeſſoris.
b	11	Damaſi Papæ, & confeſſoris.
c	12	Ermogenis, & ſociorum martyrum.
d	13	Luciæ virginis & martyris.
e	14	Agnelli abbatis, & confeſſoris.
f	15	Valeriani epiſcopi, & martyris.
g	16	Ananiæ, Azariæ, & Miſael.
A	17	Lazari reſuſcitati epiſcopi, & confeſſoris.
b	18	Ruffi, & ſociorum martyrum.
c	19	Nemeſij martyris.
d	20	Iulij martyris. Vigilia.
e	21	Thomæ Apoſtoli.
f	22	Demetrij, & ſociorum. Sol in Capricorno.
g	23	Victoriæ virginis, & martyris.
A	24	Gregorij presbyteri, & mart. Vigilia.
b	25	Natiuitas Domini noſtri Ieſu Chriſti.
c	26	Stephani Protomartyris.
d	27	Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ.
e	28	Innocentium martyrum.
f	29	Thomæ Cantuarienſis epiſcopi, & martyris.
g	30	Liberalis epiſcopi, & confeſſoris.
A	31	Silueſtri Papæ & confeſſoris.

INSTITVTIO CHRISTIANA.

Symbolum Apostolorum.

CREDO in Deum Patrem omnipotentem creatorem cæli & terræ. Et in Iesum Christum Filium eius vnicum, Dominum nostrum. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis. Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Credo in Spiritum sanctũ: Sanctam Ecclesiam Catholicam: Sanctorum communionem: Remissionem peccatorum: Carnis Resurrectionẽ: Vitam æternam. Amen.

Oratio Dominicalis.

PAter noster, qui es in cęlis: sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen.

Salutatio Angelica.

AVe Maria, gratia plena: Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Iesus. Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in hora mortis nostræ. Amen.

De-

Decem Dei præcepta, quæ in Decalogo continentur.

EGO SVM DOMINVS DEVS TVVS, QVI EDVXI TE DE TERRA ÆGYPTI DE DOMO SERVITVTIS.

1 Non habebis Deos alienos coram me.
2 Non assumes nomen Dñi Dei tui in vanum. Non enim habebit insontem Dñs eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.
3 Memento, vt diem sabbati sanctifices.
4 Honora patrem tuum, & matrem tuam.
5 Non occides.
6 Non mœchaberis.
7 Non furtum facies.
8 Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.
9 Non concupisces domum proximi tui.
10 Nec desiderabis vxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia, quæ illius sunt.

Septem Ecclesiæ Catholicæ Sacramenta.

Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimoniũ.

Virtutes Theologicæ.

Fides, Spes, & Charitas.

Virtutes Cardinales.

Prudentia, Temperantia, Iustitia, & Fortitudo.

Dona Spiritus sancti.

Sapientia, Intellectus, Consilium, Fortitudo, Scientia, Pietas, & Timor Domini.

Fru-

Fructus Spiritus sancti.

Charitas, Gaudium, Pax, Patientia, Benignitas, Bonitas, Longanimitas, Mansuetudo, Fides, Modestia, Continentia, & Castitas.

Præcepta Charitatis.

Diliges Dominũ Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua.

Diliges proximum tuum sicut teipsum.

Præcepta Ecclesiæ.

Statutos ab Ecclesia festos dies ab operibus seruilibus abstinendo celebrare.

Sacrum Missæ officium diebus festis reuerenter audire.

Quadragesima, Quatuor anni Temporibus, & Vigilijs secundùm morem Ecclesię ieiunare: & feria sexta, & Sabbato à carnib. abstinere.

Peccata Sacerdoti approbato confiteri, & sacrosanctam Eucharistiam circa festum Paschæ sumere, eaque saltem semel in anno.

Diebus ab Ecclesia interdictis, Nuptias non celebrare.

Opera misericordiæ spiritualis.

Docere ignorantem.

Corrigere peccantem.

Consilio iuuare indigentem.

Consolari afflictum.

Ferre patienter iniurias.

Remittere offensam.

Orare pro viuis & defunctis, & pro persequentibus.

Temporalia.

Pascere esurientem.
Potare sitientem.
Colligere hospitem.
Operire nudum.
Visitare infirmum, & in carcere detentum.
Redimere captiuum.
Sepelire mortuum.

Beatitudines.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.
Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.
Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.
Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.
Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.
Beati mundo corde, qm̄ ipsi Deum videbunt.
Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.
Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, qm̄ ipsorum est regnum cælorum.

Quinque sensus corporis.

Visus, Auditus, Odoratus, Gustus, & Tactus.

Septem peccata capitalia, quæ communiter Mortalia appellantur.

Superbia, Auaritia, Luxuria, Inuidia, Gula, Ira, & Accidia.

Quatuor Nouissima memoranda.

Mors, Iudicium extremum, Infernus, & Regnum cælorum.



OFFICIVM
BEATÆ MARIÆ VIRGINIS,

Dicendum à die post Purificationem vsque ad Vesperas Sabbati ante primam Dominicam Aduentus: præterquàm quòd in die Annuntiationis dicitur, vt infra in Aduentu.

AD MATVTINVM.

AVe Maria, gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, Iesus. Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in hora mortis nostræ. Amen.

Quæ dicitur semper in principio omnium Horarum beatæ Mariæ. ℣.

DOmine labia mea aperies.

℟. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

℣. Deus in adiutorium meum intende.

℣. Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum. Amen. Alleluia.

Sic dr̄ Alleluia, ad omnes horas à Veſperis Sabbati ſancti vſque ad Cōpletorium Sabbati ante Dominicam Septuageſimæ. Tunc enim vſque ad Veſp. Sabbati ſancti dicit, Laus tibi Dn̄e, Rex æternæ gloriæ.

Inuitatorium. Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum. Et repetitur. Aue Maria, gratia plena: Dominus tecum.

Tempore Paſchali additur Alleluia, & ſimiliter in fine Antiphonarum, Verſiculorum & Reſponſoriorum. Pſalmus 94.

Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro: præoccupemus faciem eius in confeſſione, & in pſalmis iubilemus ei. Aue Maria, gratia plena: Dominus tecum.

Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus ſuper omnes Deos: quoniam non repellet Dominus plebem ſuam: quia in manu eius ſunt omnes fines terræ: & alti-

altitudines montium ipſe conſpicit.
Dominus tecum.
Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius: venite adoremus, & procidamus ante Deum: ploremus coram Domino, qui fecit nos: quia ipſe eſt Dominus Deus noſter: nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius.
Aue Maria, gratia plena, Dominus tecũ.
Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecundùm diem tentationis in deſerto: vbi tentauerunt me patres veſtri, probauerunt, & viderunt opera mea.
Dominus tecum.
Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi, Semper hi errãt corde: ipſi verò non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam. Aue Maria, gratia plena: Dominus tecum.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Dominus tecum. Aue Maria, gratia plena; Dominus tecum. Hymnus.

QVem terra, pontus, æthera
Colunt, adorant, prædicant,
Trinam regentem machinam,
Clauſtrum Mariæ baiulat.
Cui luna, ſol, & omnia
Deſeruiunt per tempora,
Perfuſa cæli gratia,
Geſtant puellæ viſcera.
Beata mater munere,
Cuius ſupernus Artifex,
Mundum pugillo continens,
Ventris ſub arca clauſus eſt.
Beata cæli nuntio,
Fœcunda ſancto Spiritu,
Deſideratus gentibus,
Cuius per aluum fuſus eſt.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

Hi tres Pſalmi ſequentes dicũtur diebus Dominicis, feria ſecunda & quinta. Ad Noct. Aña. Benedicta tu. Pſalm. 8

Domi-

DOmine Dominus noster: quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra!

Quoniam eleuata est magnificentia tua: super cælos.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum & vltorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum: lunam & stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quòd memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulominus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi.

Volucres cæli, & pisces maris: qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster: quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra!

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, &c.

Antiphona. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.

Aña. Sicut myrrha. Electa Psalmus 18.

CÆli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque sermones: quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo.

Exultauit vt gigas ad currendam viam: à summo cælo egressio eius.

Et occursus eius vsque ad summum eius: nec est qui se abscondat à calore eius.

Lex Domini immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis.

Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, permanens in
sæculum sæculi: iudicia Domini vera, iu
stificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum, & lapidem
pretiosum multũ: & dulciora super mel,
& fauum.

Etenim seruus tuus custodit ea: in custo
diendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis
munda me: & ab alienis parce seruo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc im
maculatus ero: & emundabor à delicto
maximo.

Et erunt vt complaceāt eloquia oris mei:
& meditatio cordis mei in conspectu tuo
semper.

Domine adiutor meus: & redemptor
meus.

Gloria Patri, & Filio: &c.

Antiphona. Sicut myrrha electa odorem
dedisti suauitatis sancta Dei genitrix.

Aña. Ante torum. Psalmus 23.

DOmini est terra, & plenitudo eius:
orbis terrarum, & vniuersi qui ha
bitant in eo.

Quia ipſe ſuper maria fundauit eum: & ſuper flumina præparauit eum.

Quis aſcendet in montem Domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius?

Innocens manibus, & mundo corde: qui non accepit in vano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet benedictionem à Domino: & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.

Hæc eſt generatio quærẽtium eum: quærentium faciem Dei Iacob.

Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ. Gloria Patri, &c.

Ante torum huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis.

Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

Propterea benedixit te Deus in æternum.

num. Pater noster. Absolutio. Precibus & meritis. vt infra. fol. 9. cum reliquis.

Isti tres Psalmi sequentes dicuntur Feria tertia & sexta.

Ad Nocturnum, Antiphona.

Specie tua. Psalmus 44.

ERuctavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribæ: velociter scribentis.

Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum: potentissime.

Specie tua, & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna.

Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent: in corda inimicorum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi: virga directionis, virga regni tui.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem:

pro-

propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis.
Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.
Astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato: circumdata varietate.
Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.
Et concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.
Et filiæ Tyri in muneribus: vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.
Omnis gloria eius filiæ regis ab intus: in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus.
Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi.
Afferentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis.
Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram.
Memores erunt nominis tui: in omni generatione & generationem.

Pro-

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum : & in ſæculum ſæculi.

Gloria Patri, & Filio : &c.

Antiphona. Specie tua & pulchritudine tua : intende, proſperè procede, & regna.

Antiphona. Adiuuabit eam.

Psalmus 45.

DEus noſter, refugium & virtus : adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus, dum turbabitur terra : & transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt, & turbatæ ſunt aquæ eorum : conturbati ſunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei : ſanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus.

Deus in medio eius non commouebitur : adiuuabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatæ ſunt gẽtes, & inclinata ſunt regna : dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

Dominus virtutum nobiſcum : ſuſceptor noſter Deus Iacob.

Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram: auferens bella vsque ad finem terræ.
Arcum conteret, & confringet arma: & scuta comburet igni.
Vacate, & videte quoniã ego sum Deus: exaltabor in gẽtibus, & exaltabor in terra.
Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Iacob.
Gloria Patri, & Filio: &c.
Aña. Adiuuabit eam Deus vultu suo, Deus in medio eius non commouebitur.
Aña. Sicut lætantium. Psalmus 86.
Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.
Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas Dei.
Memor ero Rahab, & Babylonis: scientium me.
Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum: hi fuerunt illic.
Numquid Sion dicet, Homo, & homo natus est in ea: & ipse fundauit eam Altissimus?
Dominus narrabit in scripturis populorum,

rum, & principum: horum, qui fuerunt in ea.
Sicut lætantium ómnium: habitatio eſt in te. Gloria Patri,&c.
Aña. Sicut lætantium omnium noſtrum habitatio eſt in te, ſancta Dei genitrix.
℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.
Pater noſter. Abſolutio. Precibus & meritis. vt infra. fol.9. cum reliquis.
Iſti tres Pſalmi ſequentes dicuntur feria quarta & Sabbato. Ad Noct. Antiphona. Gaude Maria virgo. Pſalmus 95.

CAntate Domino canticū nouum: cantate Domino omnis terra.
Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annuntiate de die in diem ſalutare eius.
Annuntiate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius.
Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis eſt ſuper omnes deos.
Quoniam omnes dij gentium dæmonia: Dominus autem cælos fecit.
Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius:

eius: sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius.

Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius.

Tollite hostias, & introite in atria eius: adorate Dominum in atrio sancto eius.

Commoueatur à facie eius vniuersa terra: dicite in gẽtibus, quia Dominus regnauit.

Etenim correxit orbẽ terræ, qui nõ commouebitur: iudicabit populos in ęquitate.

Lætentur cæli, & exultet terra, commoueatur mare & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna siluarum à facie Domini, quia venit: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terræ in æquitate: & populos in veritate sua.

Gloria Patri, & Filio: &c.

Ant. Gaude Maria virgo, cunctas hæreses sola interemisti in vniuerso mundo.

Antiphona. Dignare me. Psalmus 96.

DOminus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ.

Nubes

Nubes & caligo in circuitu eius: iuſtitia
& iudicium correctio ſedis eius.
Ignis ante ipſum præcedet: & inflamma-
bit in circuitu inimicos eius.
Illuxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit,
& commota eſt terra.
Montes ſicut cera fluxerũt à facie Domi-
ni: à facie Domini omnis terra.
Annuntiauerunt cæli iuſtitiam eius: &
viderunt omnes populi gloriam eius.
Confundantur omñes, qui adorant ſcul-
ptilia: & qui gloriantur in ſimulacris ſuis.
Adorate eum omnes Angeli eius: audi-
uit, & lætata eſt Sion.
Et exultauerunt filiæ Iudæ: propter iudi-
cia tua Domine.
Quoniam tu Dñs altiſſimus ſuper omnẽ
terram: nimis exaltatus es ſuper oẽs deos.
Qui diligitis Dominum, odite malum, cu-
ſtodit Dominus animas ſanctorum ſuo-
rum: de manu peccatoris liberabit eos.
Lux orta eſt iuſto: & rectis corde lætitia.
Lætamini iuſti in Domino: & confitemi-
ni memoriæ ſanctificationis eius.
Gloria Patri, & Filio: &c.

Aña

Aña. Dignare me laudare tè, virgo ſacrata: da mihi virtutem contra hoſtes tuos.

Aña. Poſt partum. Virg. Pſalmus 97.

CAntate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.

Saluauit ſibi dextera eius: & brachium ſanctum eius.

Notum fecit Dñs ſalutare ſuum: in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam.

Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ: & veritatis ſuæ domui Iſrael.

Viderunt omnes termini terræ: ſalutare Dei noſtri.

Iubilate Deo omnis terra: cantate, & exultate, & pſallite.

Pſallite Domino in cithara, in cithara, & voce pſalmi: in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.

Iubilate in conſpectu regis Domini: moueatur mare & plenitudo eius, orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, ſimul montes exultabunt à cõſpectu Domini: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia: & popu-

populos in æquitate. Gloria Patri, &c.

Aña. Post partũ virgo inuiolata permansisti Dei genitrix intercede pro nobis.

℣. Diffusa est gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternum. Pater noster. secretò vsque ad

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo. Absolutio.

PRecibus & meritis beatæ Mariæ semper virginis, & omnium sanctorum, perducat nos Dominus ad regna cælorũ. ℟. Amen. ℣. Iube domne benedicere.

Benedictio. Nos cum prole pia, benedicat virgo Maria. ℟. Amen.

Lectio prima. Ecclesiast. 24.

IN omnibus requiem quæsiui, & in hereditate Domini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi Creator omnium: & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi: In Iacob inhabita, & in Israel hereditare, & in electis meis mitte radices. Tu autem Domine miserere nobis. ℟. Deo gratias.

℟. Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam nescio:

quem cæli capere non poterant, tuo gre-
mio contulisti. ℣. Benedicta tu in mulie-
ribus, & benedictus fructus ventris tui.
Quia quē cęli capere nō poterant, tuo gre-
mio cōtulisti. ℣. Iube domne benedicere.
Benedictio. Ipsa Virgo virginū interce-
dat pro nobis ad Dn̄m. ℟. Amen. Lec. iij.
ET sic in Sion firmata sum, & in ciui-
tate sanctificata similiter requieui: &
in Ierusalem potestas mea. Et radicaui in
populo honorificato, & in parte Dei mei
hereditas illius: & in plenitudine sancto-
rum detentio mea. Tu autem Dn̄e mi-
serere nobis. ℟. Deo gratias. ℟. Beata es
virgo Maria, quæ Dominū portasti Cre-
atorem mundi: Genuisti qui te fecit, & in
æternum permanes virgo. ℣. Aue Maria
gratia plena, Dominus tecum. Genuisti
qui te fecit, & in æternū permanes virgo.
Quando dicitur Te Deum laudamus
dicitur in fine huius Responsorij.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.
Genuisti qui te fecit, &c.
Iube domne benedicere.
Benedictio. Per virginem matrem con-

cedat nobis Dominus ſalutem & pacem.
℞. Amen. Lectio iij.

QVaſi cedrus exaltata ſum in Libano, & quaſi cypreſſus in monte Sion. Quaſi palma exaltata ſum in Cades: & quaſi plantatio roſæ in Iericho. Quaſi oliua ſpecioſa in campis, & quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquas in plateis. Sicut cinnamomum, & balſamum aromatizans odorem dedi: quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris. Tu autem Domine miſerere nobis. ℞. Deo gratias.

Sequens Reſpõſoriũ omittitur, quãdo dicitur Te Deũ laudamus. ℞. Felix nãque es ſacra virgo Maria, & omni laude digniſſima: Quia ex te ortus eſt Sol iuſtitiæ, Chriſtus Deus noſter. ℣. Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo ſexu: ſentiant omnes tuum iuuamen, quicumque celebrãt tuam ſanctam commemorationem. Quia ex te ortus eſt Sol iuſtitiæ, Chriſtus Deus noſter. ℣. Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto. Chriſtus Deus noſter.

Sequẽs Hymn. Te Deum. dicit ad libitũ à N.

à Natiuitate Dñi vſque ad Septuageſimã, & à Dñica Reſurrectionis vſque ad Aduentum, & quando dicitur, omittitur tertiũ Reſponſoriũ, & in ſecũdo ℟io dicitur, Gloria Patri. vt dictum eſt ſupra. In Aduentu autem, & à Septuageſ. vſque ad Paſcha nõ dicitur, niſi in feſtis beatæ Mariæ.

Hymnus SS. Ambroſij & Auguſtini.

TE Deum laudamus: te Dominum confitemur.
Te æternũ Patrẽ: omnis terra veneratur.
Tibi omnes Angeli: tibi cæli, & vniuerſæ poteſtates.
Tibi Cherubim & Seraphim: inceſſabili voce proclamant.
Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sũt cęli et terra: maieſtatis glorię tuę.
Te glorioſus Apoſtolorum chorus,
Te Prophetarum laudabilis numerus,
Te Martyrũ candidatus laudat exercitus.
Te ꝑ orbẽ terrarũ: ſancta cõfitet̃ Eccleſia.
Patrem immenſæ maieſtatis.
Venerandũ tuum verũ: & vnicũ Filium
Sanctum quoque paraclitum Spiritum.

Tu rex gloriæ Chriſte.
Tu Patris ſempiternus es Filius.
Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem: non horruiſti virginis vterum.
Tu deuicto mortis aculeo: aperuiſti credentibus regna cælorum.
Tu ad dexterā Dei ſedes: in gloria Patris.
Iudex crederis eſſe venturus.
Te ergo, quæſumus, tuis famulis ſubueni: quos pretioſo ſanguine redemiſti.
Æterna fac cū sāctis tuis: glīa munerari.
Saluum fac populum tuum Domine: & benedic hereditati tuæ.
Et rege eos: & extolle illos vſque in æternum.
Per ſingulos dies: benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in ſæculum: & in ſæculum ſæculi.
Dignare Domine die iſto: ſine peccato nos cuſtodire.
Miſerere noſtri Domine: miſerere noſtri.
Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos: quemadmodum ſperauimus in te.
In te Domine ſperaui: non confundar in æternum.


V.F.

AD LAVDES.

DEus in adiutorium meum intẽde.
℟. Dñe ad adiuuandũ me festina.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, &c.

Antiphona. Assumpta est. Psalmus 92.

DOminus regnauit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.

Etenim firmauit orbem terræ: qui non commouebitur.

Parata sedes tua ex tunc; à sæculo tu es.

Eleuauerunt flumina Domine: eleuauerunt flumina vocem suam.

Eleuauerunt flumina fluctus suos: à vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis Dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo Domine, in longitudinem dierum.

Gloria Patri, & Filio: &c.

Ant. Assumpta est Maria in cœlũ, gaudẽt Angeli, laudãtes benedicunt Dominum.

Antiphona. Maria virgo. Psalmus

ubi-

IVbilate Deo omnis terra: ſeruite Domino in lætitia.

Introite in cõſpectu eius: in exultatione.

Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus: ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

Populus eius, & oues paſcuæ eius, introite portas eius in confeſſione: atria eius in hymnis, confitemini illi.

Laudate nomen eius, quoniam ſuauis eſt Dominus, in æternum miſericordia eius: & vſque in generationem & generationem veritas eius.

Gloria Patri, & Filio: &c.

Antiphona. Maria virgo aſſumpta eſt ad æthereum thalamum, in quo Rex regum ſtellato ſedet ſolio.

Antiphona. In odorem. Pſalmus 62.

DEus Deus meus: ad te de luce vigilo.

Sitiuit in te anima mea: quàm multipliciter tibi caro mea.

In terra deſerta, & inuia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quæsierunt ánimam meam: introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua. Psalm.

Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: cõfiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate: & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, & Filio: &c.

Antiphona. In odorem vnguentorum tuorum currimus: adoleſcentulæ dilexerũt te nimis. Antiphona. Benedicta filia.

Canticum trium puerorum. Dan. 3.

Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite cæli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cælos ſunt Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite ſol & luna Domino: benedicite ſtellæ cæli Domino.

Benedicite omnis imber & ros Domino

bene-

benedicite omnes ſpiritus Dei Domino.

Benedicite ignis & æſtus Domino: benedicite frigus & æſtus Domino.

Benedicite rores & pruina Domino: benedicite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies & niues Domino: benedicite noctes & dies Domino.

Benedicite lux & tenebræ Domino: benedicite fulgura & nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: laudet & ſuperexaltet eum in ſæcula.

Benedicite montes & colles Domino: benedicite vniuerſa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: benedicite maria & flumina Domino.

Benedicite cete & omnia quæ mouentur in aquis Domino: benedicite omnes volucres cæli Domino.

Benedicite omnes beſtiæ & pecora Domino: benedicite filij hominum Domino.

Benedicat Iſrael Dominum: laudet & ſuperexaltet eum in ſæcula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino: benedicite ſerui Domini Domino.

Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorum Domino: benedicite ſancti & humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Miſael, Dño: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Benedicamus Patrem & Filium cum ſancto Spiritu: laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

Benedictus es Domine in firmaměto cæli: & laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula.

Hic non dr̃ Gloria Patri. neque Amen.

Ant. Benedicta filia tu à Domino: quia per te fructum vitæ communicauimus.

Ant. Pulchra es. Pſalmus 148.

Laudate Dominum de cælis: laudate eum in excelſis.

Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum ſol & luna: laudate eum omnes ſtellæ & lumen.

Laudate eum cæli cælorum: & aquæ omnes quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomen Domini.

Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe man-

dauit, & creata ſunt.
Statuit ea in æternũ, & in ſæculum ſæcu-
li: præceptum poſuit, & non præteribit.
Laudate Dominum de terra: dracones,
& omnes abyſſi.
Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus pro-
cellarum: quæ faciunt verbum eius.
Montes & omnes colles: ligna fructife-
ra, & omnes cedri.
Beſtiæ, & vniuerſa pecora: ſerpentes, &
volucres pennatæ.
Reges terræ, & omnes populi: principes,
& omnes iudices terræ.
Iuuenes & virgines, ſenes cum iuniori-
bus laudent nomen Domini: quia exalta-
tum eſt nomen eius ſolius.
Confeſſio eius ſuper cælum & terram: &
exaltauit cornu populi ſui.
Hymnus omnibus sãctis eius: filijs Iſrael,
populo appropinquanti ſibi. Pſalm. 149.
CAntate Domino canticum nouum:
laus eius in eccleſia ſanctorum.
Lætetur Iſrael in eo, qui fecit eum: & filij
Sion exultent in rege ſuo.
Laudent nomen eius in choro: in tym-

pano

pano & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo: & exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius.

Psalmus 150

LAudate Dominũ in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.

Laudate eũ in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: om-

nis spiritus laudet Dñm. Gloria Patri.
Antiphona. Pulchra es, & decora filia Ie-
rusalem, terribilis vt castrorum acies or-
dinata. Capitulum. Cant. 6.

Viderunt eam filiæ Sion, & beatissi-
mam prædicauerunt, & reginæ lau-
dauerunt eam. ℟. Deo gratias. Hymnus.

O Gloriosa Domina,
Excelsa super sidera,
Qui te creauit prouidè
Lactasti sacro vbere.
Quod Eua tristis abstulit,
Tu reddis almo germine:
Intrent vt astra flebiles,
Cæli fenestra facta es.
Tu regis alti ianua,
Et porta lucis fulgida:
Vitam datam per Virginem,
Gentes redemptæ plaudite.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.
℣. Benedicta tu in mulieribus.
℟. Et benedictus fructus ventris tu-

Antiphona. Beata Dei genitrix.

Tempore Paschali omissa prædicta Antiphona, dicitur Antiphona. Regina cæli.

Canticum Zachariæ. Lucæ I.

BEnedictus Dominus Deus Israel: quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis: in domo Dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum: qui à sæculo sunt, prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris: & de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti.

Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum: daturum se nobis.

Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi.

In sanctitate & iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini, parare vias eius.

Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius: in remiſſionem peccatorum eorum.
Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri: in quibus viſitauit nos oriens ex alto.
Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent: ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. Gloria Patri, &c.

Antiphona. Beata Dei genitrix Maria, virgo perpetua, templum Domini, ſacrarium Spiritus ſancti: ſola ſine exẽplo placuiſti Domino noſtro Ieſu Chriſto, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo ſexu.

Tempore Paſchali, Antiphona.

Regina cæli lætare, alleluia: quia quẽ meruiſti portare, alleluia: reſurrexit, ſicut dixit, alleluia: ora pro nobis Deum, alleluia.
Kyrie eleiſon. Christe eleiſ. Kyrie eleiſ.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

DEus, qui de beatæ Mariæ Virginis vtero, Verbum tuum, Angelo nunciante carnem ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplicibus tuis; vt qui verè eã genitricem Dei credimus, eius apud te interceſſioni-

bus adiuuemur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Pro Sanctis, Antiphona.

Sancti Dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumque salute.
℣. Lętamini in Domino, & exultate iusti.
℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Oremus.

PRotege Domine populum tuum, & Apostolorum tuorum Petri & Pauli, & aliorum Apostolorum patrocinio confidentem, perpetua defensione conserua.

OMnes sancti tui, quæsumus Domine, nos vbique adiuuent: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus, & pacem tuam nostris concede temporibus, & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam: iter, actus, & voluntates nostras, & omnium famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone, benefactoribus nostris sẽpiterna bona retribue, & omnibus fidelibus defunctis requiem æternam concede. Per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus

ritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Benedicamus Dño. ℟. Deo gratias.

℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei, requieſcant in pace. ℟. Amen.

Si terminandum ſit officium, dicuntur ea, quæ ſequuntur: alioquin ſi alia ſubſequatur hora, in fine vltimæ horæ, Pater noſter. totum ſecretò.

℣. Dominus det nobis ſuam pacem.

℟. Et vitam æternam. Amen.

Deinde dicitur vna ex infraſcriptis Añis: & dicitur flexis genibus (præterquã tempore Paſchali) & ſimiliter in fine Completorij.

Poſt Purificationem, id eſt, à fine Completorij illius diei, vſque ad Feriam v. in Cœna Domini excluſiuè, Antiphona.

AVe Regina cælorum,
Aue Domina Angelorum:
Salue radix, ſalue porta,
Ex qua mundo lux eſt orta.
Gaude Virgo glorioſa,
Super omnes ſpecioſa:

Vale ò valdè decora,
Et pro nobis Christum exora.

℣. Dignare me laudare te, virgo sacrata.
℟. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Oremus.

Concede misericors Deus fragilitati nostræ præsidium: vt qui sanctæ Dei genitricis memoriam agimus, intercessionis eius auxilio, à nostris iniquitatibus resurgamus. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

℣. Diuinum auxilium maneat semper nobiscum. ℟. Amen.

A Cõpletorio Sabbati sancti vsq; ad Nonam Sabbati post Pentec. inclusiuè, Aña.

Regina cæli lætare, alleluia:
Quia quẽ meruisti portare, alleluia,
Resurrexit sicut dixit, alleluia,
Ora pro nobis Deum, alleluia.

℣. Gaude & lætare virgo Maria, alleluia.
℟. Quia surrexit Dñs verè, alle. Oremus.

Deus, qui per resurrectionem filij tui Dñi nostri Iesu Christi mundũ lætificare dignatus es: præsta quæsumus: vt per eius genitricẽ virginẽ Mariam, perpetuæ ca-

capiamus gaudia vitæ. Per eumdem &c.
℣. Diuinum auxilium maneat ſemper nobiſcum. ℟. Amen.

A primis Veſperis S. Trinitatis, vſque ad Nonam Sabbati ante Aduentum, Aña.

SAlue regiña mater miſericordię: Vita, dulcedo, & ſpes noſtra ſalue. Ad te clamamus exules filij Euæ. Ad te ſuſpiramus gementes & flentes in hac lacrymarum valle. Eia ergo aduocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte. Et Ieſum benedictũ fructum ventris tui, nobis poſt hoc exilium oſtende. O clemens, ò pia, ò dulcis virgo Maria. ℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix. ℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chr̃i. Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui glorioſæ Virginis matris Marię corpus & animam, vt dignum filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu ſancto cooperante præparaſti: da, vt cuius commemoratione lætamur, eius pia interceſſione ab inſtantibus malis, & à morte perpetua liberemur. Per eumdem. ℣. Diuinum auxiliũ maneat ſemper nobiſcũ. ℟. Amen.



A

D

festina.
Gloria
Sicut er
per: & i
Alleluia
M E
C
Ex illi
Nasce
Maria
Mater
Tunc
Et ho
Gloria
Qui n
Cum
In sen
Añ.
D

AD PRIMAM.

Aue Maria.

DEus in adiutorium meum intende.

℟. Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum. Amen.
Alleluia.

Hymnus.

MEmento ſalutis auctor,
Quòd noſtri quondam corporis,
Ex illibata Virgine
Naſcendo, formam ſumpſeris.
Maria mater gratiæ,
Mater miſericordiæ:
Tu nos ab hoſte protege,
Et hora mortis ſuſcipe.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

Añа. Aſſumpta eſt. Pſalmus 53.

DEus in nomine tuo ſaluum me fac:
& in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alienĩ inſurrexerũt aduerſum me, & fortes quæſierunt animam meam: & non propoſuerunt Deum antẹ conſpectum ſuum.

Ecce enim Deus adiuuat me: & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.

Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua diſperde illos.

Voluntariè ſacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum eſt.

Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.

Gloria Patri, &c.

Pſalmus 84.

Benedixiſti Domine * terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob.

Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ: operuiſti omnia peccata eorum.

Mitigaſti omnem iram tuam: auertiſti ab ira indignationis tuæ.

Conuerte nos Deus ſalutaris noſter: & auerte iram tuam à nobis.

Num-

Numquid in æternum iraſceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?

Deus tu conuerſus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam: & ſalutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem ſuam.

Et ſuper ſanctos ſuos: & in eos, qui conuertuntur ad cor.

Verumtamen propè timentes eum ſalutare ipſius: vt inhabitet gloria in terra noſtra.

Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi: iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.

Veritas de terra orta eſt: & iuſtitia de cælo proſpexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra noſtra dabit fructum ſuum.

Iuſtitia ante eum ambulabit: & ponet in via greſſus ſuos.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto:

Sicut erat in principio, &c.

LAudate Dominum omnes gẽtes: laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculorum. Amen.

Antiphona. Assumpta est Maria in cælũ, gaudent Angeli, laudantes benedicunt Dominum. Capitulum. Cant. 6.

QVæ est ista quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? ℟. Deo gratias.

℣. Dignare me laudare te, virgo sacrata.
℟. Da mihi virtutem contra hostes tuos.
Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DEus, qui virginalem aulam beatæ Mariæ, in qua habitares, eligere digna-

dignatus es: da quæſumus; vt ſua nos defenſione munitos, iucundos facias ſuæ intereſſe commemorationi. Qui viuis & regnas, &c.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei, requieſcant in pace.

℟. Amen.





AD TERTIAM.

Aue Maria.

DEus in adiutorium meum intende.
℟. Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum. Amen.
Alleluia. Hymnus.

MEmento ſalutis auctor,
Quòd noſtri quondam corporis,
Ex illibata Virgine
Naſcendo, formam ſumpſeris.
Maria mater gratiæ,
Mater miſericordiæ:
Tu nos ab hoſte protege,
Et hora mortis ſuſcipe.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

Antiphona. Maria virgo. Pſalmus

AD Dominum cùm tribularer clamaui: & exaudiuit me.

Domine libera animam meã à labijs iniquis: & à lingua doloſa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam doloſam?

Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus deſolatorijs.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabant me gratis.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio, & nũc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum. Amen. Pſal. 120.

Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino: qui fecit cælum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet, qui cuſtodit te.

Ecce nõ dormitabit, neque dormiet: qui cuſtodit Iſrael.

Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua: ſuper manum dexteram tuam.

Per diem ſol non vret te: neque luna per noctem.
Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam Dominus.
Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc & vſque in ſæculum.
Gloria Patri, &c. Pſalmus 121.
LÆtatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus.
Stantes erant pedes noſtri: in atrijs tuis Ieruſalem.
Ieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipſum.
Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus Domini: teſtimonium Iſrael ad confitendum nomini Domini.
Quia illic ſederunt ſedes in iudicio: ſedes ſuper domum Dauid.
Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem: & abundantia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.
Propter fratres meos, & proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei noſtri: quæſiui bona tibi.

Gloria Patri, & Filio: &c.

Antiphona. Maria virgo aſſumpta eſt ad æthereum thalamum: in quo rex regum ſtellato ſedet ſolio.

Capitulum. Eccleſiaſt. 24.

ET ſic in Sion firmata ſum, & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: & in Ieruſalem poteſtas mea.

℟. Deo gratias.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternum. Kyrie eleiſon.

Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DEus, qui ſalutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fęcunda, humano generi præmia præſtitiſti: tribue quæſumus, vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum

filium

filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei, requieſcant in pace.

℟. Amen.





AD SEXTAM.

Aue Maria.

DEus in adiutorium meum intende.

℟. Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Alleluia. Hymnus.

MEmento ſalutis auctor,
Quòd noſtri quondam corporis,
Ex illibata Virgine
Naſcendo, formam ſumpſeris.

Maria mater gratiæ,
Mater miſericordiæ:
Tu nos ab hoſte protege,
Et hora mortis ſuſcipe.

Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

Antiphona. In odorem. Pſalmus 122.

AD te leuaui oculos meos: qui habitas in cælis.

Ecce ſicut oculi ſeruorum : in manibus dominorum ſuorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ : ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.

Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri : quia multum repleti ſumus deſpectione.

Quia multum repleta eſt anima noſtra : opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.

Gloria Patri, & Filio : & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper : & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſalmus 123.

NIſi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Iſrael : niſi quia Dominus erat in nobis.

Cùm exurgerent homines in nos : fortè viuos deglutiſſent nos.

Cùm iraſceretur furor eorum in nos : forſitan aqua abſorbuiſſet nos.

Torrentem pertranſiuit anima noſtra : forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.

Benedictus Dominus: qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantium.

Laqueus contritus est: & nos liberati sumus.

Adiutorium nostrum in nomine Domini: qui fecit cælum & terram.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculorum. Amen.

Psalmus 124.

QVi confidunt in Domino, sicut mõs Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem.

Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc, & vsque in sæculum.

Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac Domine bonis: & rectis corde.

Declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniqui-

tatem : pax ſuper Iſrael.

Gloria Patri, & Filio : & Spiritui ſancto.

Antiphona. In odorem vnguentorum tuorum currimus : adoleſcentulæ dilexerunt te nimis. Capitulum. Eccli. 24.

ET radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine ſanctorum detentio mea.

℟. Deo gratias.

℣. Benedicta tu in mulieribus.

℟. Et benedictus fructus ventris tui.

Kyrie eleiſon. Christe eleiſon.

Kyrie eleiſon.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

COncede miſericors Deus, fragilitati noſtræ præſidium: vt qui ſanctæ Dei genitricis memoriam agimus, interceſſionis eius auxilio, à noſtris iniquitatibus reſurgamus. Per eumdem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum : Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Domino.
℟. Deo gratias.
℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei, requiescant in pace.
℟. Amen.





AD NONAM.

Aue Maria.

DEus in adiutorium meum intende.
℟. Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum. Amen.
Alleluia.

Hymnus.

MEmento ſalutis auctor,
Quòd noſtri quondam corporis,
Ex illibata Virgine
Naſcendo, formam ſumpſeris.
Maria mater gratiæ,
Mater miſericordiæ:
Tu nos ab hoſte protege,
Et hora mortis ſuſcipe.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

Antiphona. Pulchra es. Pſalmus.

IN conuertendo Dominus captiuitatem Sion: facti ſumus ſicut conſolati.

Nunc repletum eſt gaudio os noſtrum: & lingua noſtra exultatione.

Tunc dicent inter gentes: Magnificauit Dominus facere cum eis.

Magnificauit Dominus facere nobiſcum: facti ſumus lætantes.

Conuerte Domine captiuitatẽ noſtram: ſicut torrens in Auſtro.

Qui ſeminant in lacrymis: in exultatione metent.

Euntes ibant & flebant: mittentes ſemina ſua.

Venientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos ſuos.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio, &c.

Pſalmus 126.

Niſi Dominus ædificauerit domum: in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.

Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hereditas Domini, filij; merces, fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filij excuſſorum.

Beatus vir, qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur cùm loquetur inimicis ſuis in porta.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſalmus 127.

BEati omnes qui timent Dominum: qui ambulant in vijs eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua ſicut vitis abundans: in lateribus domus tuæ.

Filij tui ſicut nouellæ oliuarum: in circuitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicetur homo: qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem ſuper Iſrael.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Antiphona. Pulchra es, & decora, filia Ieruſalem: terribilis vt caſtrorum acies ordinata.

Capitulum. Eccleſiaſt. 24.

IN plateis ſicut cinnamomum & balſamum aromatizans odorem dedi, quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris.

℟. Deo gratias.

℣. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti.

℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

FAmulorum tuorum, quæſumus Domine, delictis ignoſce: vt qui tibi placere de actibus noſtris non valemus, genitricis Filij tui Domini noſtri interceſſione ſalue-

ſaluemur. Per eumdem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei, requieſcant in pace.

℟. Amen.





AD VESPERAS.

Aue Maria.

DEus in adiutorium meũ intende.
℟. Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, & Filio : & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & semper : & in sæcula sæculorum. Amen.
Alleluia.

Antiphona. Dum esset rex. Psalm. 109.

DIxit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis.
Donec ponam inimicos tuos : scabellum pedum tuorum.
Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : dominar[e]

Dominare in medio inimicorum tuo-
Tecum principium in die virtu-
(ex utero ante)
Iuravit Dominus et non peni-
Tu es sacerdos in aeternum
Dominus a dextris tuis
Confregit in die irae suae reges

Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculorum. Amen.

Antiphona. Dũ esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suauitatis

Leva ejus
Laudate pueri Dominum
laudate nomen Domini
Sit Nomen Domini benedictu:
et hoc nunc, & usq; sæculum.
A solis ortu usq; ad occasum:
laudabile nomen Domini.
Excelsus super omnes et super c[illegible]
Quis sicut Dominus Deus nos
qui n: et humi/ Suscitans a terra
et de stercore erig. Ut collocet
eum cum principibus: Cum prin

Qui habitare facit sterilem in domo: ma-
trem filiorum lætantem.
Gloria Patri, & Filio: &c.
Antiphona. Læua eius sub capite meo, &
dextera illius amplexabitur me.
Aña. Nigra sum. Psalmus 121.
LÆtatus sum in his, quæ dicta sunt mi-
hi: in domum Domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis Ie,
in atriis tuis Jerusalem..
Jerusalem quae aedificatur ut civitas
cujus participatio ejus in idipsum.
Illuc enim ascenderunt tribus tribus:
testimonium Israel ad confitendum
Quia illic sederunt: sedes super Domo
Rogate quae ad pacem sunt Jerusalem:
& abundantia diligentibus te
Fiat pax in virtute tuâ & abundan
in turribus tuis. | Propter fratres
meos et proximos meos: loquebar pacem
& Propter domum Domini Dei nost
quaesivi bona tibi. Gloria Patri.

Antiphona. Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Ieruſalem: ideò dilexit me rex, & introduxit me in cubiculum ſuum.

Antiphona. Iam hiems tranſijt.

Pſalmus 126.

NIſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hæreditas Domini, filij; merces, fructus ventris.

Sicut Sagittæ in manu potentis: ita filij excussorum.

Beatus Vir qui implevit desiderium non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta. Gloria Pat.

Antiphona. Iam hiems transijt imber abiit et recessit surge amica mea, et veni.

Speciosa.

Aña.

LAuda Ieruſalem Dominum : lauda Deum tuum Sion.

Quoniam cōfortauit ſeras portarum tuarum : benedixit filijs tuis in te.

Qui poſuit fines tuos pacem : & adipe frumenti ſatiat te.

Qui emittit eloquium ſuum terræ : velociter currit ſermo eius.

Qui dat niuem ſicut lanam : nebulam ſicut cinerem ſpargit.

Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas : ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit?

Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea : flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum ſuum Iacob : iuſtitias & iudicia ſua Iſrael.

Non fecit taliter omni nationi : & iudicia ſua nō manifeſtauit eis. Gloria Patri, &c.

Antiphona. Specioſa facta es, & ſuauis in delicijs tuis, ſancta Dei genitrix.

Capitulum. Eccleſiaſt. 24.

AB initio, & ante ſæcula creata ſum, & vſque ad futurum ſæculum non deſinam, & in habitatione ſancta corā ipſo miniſtraui. ℟. Deo gratias. Hymnus.

A Ve maris ſtella,
Dei mater alma:
Atque ſemper virgo,
Felix cæli porta.
Sumens illud Aue,
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Euæ nomen.
olue vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala noſtra pelle,
Bona cuncta poſce.
onſtra te eſſe matrem,
Sumat per te preces,
pro nobis natus,
Tulit eſſe tuus.
irgo ſingularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis ſolutos,
Mites fac & caſtos.
itam præſta puram,
Iter para tutum,
Vt videntes Ieſum,
Semper collætemur.
laus Deo Patri,

Summo Christo decus,
Spiritui sancto,
Tribus honor vnus. Amen.
℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.
Antiphona. Beata mater.
Tempore Paschali, omissa prędicta Antiphona, dicitur Antiphona. Regina cæli.
Canticum B. Mariæ virginis. Luc. 1.
MAgnificat: anima mea Dominum.
Et exultauit spiritus meus: in Deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna, qui potens est: & sanctum nomen eius.
Et misericordia eius à progenie in progenies: timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles.
Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes.

Suſcepit Iſrael puerum ſuum: recordatus miſericordiæ ſuæ.

Sicut locutus eſt ad patres noſtros: Abraham, & ſemini eius in ſæcula.

Gloria Patri, &c.

Antiphona. Beata mater, & intacta virgo, glorioſa regina mundi, intercede pro nobis ad Dominum.

Tempore Paſchali, Antiphona.

Regina cæli lætare, alleluia:
Quia quẽ meruiſti portare, alleluia,
Reſurrexit ſicut dixit, alleluia,
Ora pro nobis Deum, alleluia.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſ.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

Concede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Pro Sanctis, Antiphona.

Sancti Dei omnes intercedere dignemini

pro

pro nostra omniumq. salute. ℣. Lætamini in Domino, & exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Oremus.

PRotege Domine populum tuum, & Apostolorum tuorum Petri & Pauli & aliorum Apostolorum patrocinio confidentem, perpetua defensione conserva.

OMnes sancti tui, quæsumus Domine, nos vbique adiuuent: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentimus, & pacem tuam nostris concede temporibus, & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam: iter, actus, & voluntates nostras, & omnium famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone benefactoribus nostris sempiterna bona retribue & omnibus fidelibus defunctis requiem æternam concede. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum. Qui tecum viuit & regnat. etc. Amen.

Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te veniat.
Benedicamus Domino. Deo gratias.
Fidelium animæ per misericordiam Dei, requiescant in pace. Amen.



AD COMPLETORIVM.

Aue Maria.

CONuerte nos Deus ſalutaris noſter.
℟. Et auerte iram tuam à nobis.
℣. Deus in adiutoriũ meũ intẽde.
℟. Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum. Amen.
Alleluia. Pſalmus 128.

SÆpè expugnauerunt me à iuuentute mea: dicat nunc Iſrael.
Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.
Supra dorſum meũ fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem ſuam.
Dominus iuſtus concidit ceruices peccatorum: confundantur & conuertantur retrorſum omnes qui oderunt Sion.
Fiant ſicut fęnum tectorum: quod priuſquam euellatur, exaruit.
De quo nõ impleuit manum [illegible]
& ſinũ ſuum qui manipulos [illegible]
Et non dixerunt qui præteribant, Benedictio Domini ſuper vos: benediximus

vobis in nomine Domini.

Gloria Patri, & Filio: &c. Pſalmus 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſeruaueris Domine: Domine, quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſrael in Domino.

Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria Patri, &c. Pſalmus 130.

DOmine non eſt exaltatũ cor meum: neque elati ſunt oculi mei.

Neque ambulaui in magnis: neque in mirabilibus ſuper me.

Si non humiliter ſentiebam: ſed exaltaui animam meam.

Sicut

Sicut ablactatus est super matre sua: ita retributio in anima mea.

Speret Israel in Domino: ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, &c. **Hymnus.**

Memento salutis auctor,
Quòd nostri quondam corporis,
Ex illibata Virgine
Nascendo, formam sumpseris.

Maria mater gratiæ,
Mater misericordiæ:
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.

Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

Capitulum. Ecclesiast. 24.

Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & magnitudinis, & sanctæ spei.

℟. Deo gratias. ℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Antiphona. Sub tuum præsidium.

Tempore Paſchali, omiſſa prædicta Antiphona, dicitur Antiphona. Regina cæli.

Canticum Simeonis. Lucæ 2.

NVnc dimittis ſeruum tuũ Domine: ſecundùm verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei: ſalutare tuum.

Quod paraſti: ante faciem omnium populorum.

Lumen ad reuelationem gẽtium: & gloriam plebis tuæ Iſrael.

Gloria Patri, & Filio: &c.

Antiphona. Sub tuum præſidium confugimus, ſancta Dei genitrix: noſtras deprecationes ne deſpicias in neceſſitatibus: ſed à periculis cunctis libera nos ſemper, Virgo glorioſa, & benedicta.

Tempore Paſchali, Antiphona.

REgina cæli lætare, alleluia:
Quia quẽ meruiſti portare, alleluia,
Reſurrexit, ſicut dixit, alleluia.
Ora pro nobis Deum, alleluia.
Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus àd te veniat.

Ore-

Oremus.

BEatæ & gloriosæ semper Virginis Mariæ, quæsumus Domine, intercessio gloriosa nos protegat, & ad vitam perducat æternam. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

Benedictio. Benedicat & custodiat nos omnipotens & misericors Dominus: Pater, & Filius, & Spiritus sanctus.

℟. Amen.

Deinde flexis genibus dicimus [illegible] Antiphonis positis post Laudes pro T[illegible]pore, cum Versic. & Oratione. [illegible] & dicto versu. Diuinum auxilium [illegible] secretò. Pater noster. Aue [illegible] Credo.


V.F.

OFFICIVM BEATÆ MARIÆ VIRGINIS,

Dicendum à Veſperis Sabbati ante primam Dominicam Aduentus, vſque ad Veſperas Vigiliæ Natiuitatis Domini, & in die Annuntiationis beatæ Mariæ. Ipſæ autem Veſperæ inueniuntur infra.

AD MATVTINVM.

Aue Maria.

DOmine labia mea aperies.

℟. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

℣. Deus in adiutorium meum intende.

℟. Domine ad adiuuandum me feſtina.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorũ. Amen. Allel.

Inuitat. Aue Maria, gratia plena: Dominus tecum. Et repetitur iterum. Aue Maria, gratia plena: Dominus tecum. Pſ. 94.

Veni-

VEnite, exultemus Domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro: præoccupemus faciem eius in confeſſione, & in pſalmis iubilemus ei. Aue Maria, gratia plena: Dominus tecum.

Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus ſuper omnes Deos: quoniam non repellet Dominus plebem ſuam: quia in manu eius ſunt omnes fines terræ: & altitudines montium ipſe conſpicit.

Dominus tecum.

Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridã fundauerunt manus eius: venite adoremus, & procidamus ante Deũ: ploremus coram Dño, qui fecit nos: quia ipſe eſt Dominus Deus noſter: nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius.

Aue Maria, gratia plena, Dominus tecũ.

Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecundùm diem tentationis in deſerto: vbi tentauerunt me patres veſtri, probauerunt, & viderunt opera mea. Dñs tecum.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi, Semper hi errãt cor-

de:

de: ipſi verò non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam. Aue Maria, gratia plena: Dominus tecum.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Dominus tecum. Aue Maria, gratia plena: Dominus tecum.

Hymnus.

Qvem terra, pontus, æthera
Colunt, adorant, prædicant,
Trinam regentem machinam,
Clauſtrum Mariæ baiulat.

Cui luna, ſol, & omnia
Deſeruiunt per tempora,
Perfuſa cæli gratia,
Geſtant puellæ viſcera.

Beata mater munere,
Cuius ſupernus Artifex,
Mundum pugillo continens,
Ventris ſub arca clauſus eſt.

Beata cæli nuntio,
Fœcunda ſancto Spiritu,
Deſideratus gentibus,
Cuius per aluum fuſus eſt.

Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.
Isti tres Psalmi sequentes dicũtur diebus Dominicis, feria secunda & quinta.
Ad Noct. Aña. Benedicta tu. Psalm. 8.
DOmine Dominus noster: quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra!
Quoniam eleuata est magnificentia tua: super cælos.
Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum & vltorem.
Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum: lunam & stellas, quæ tu fundasti.
Quid est homo, quòd memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum?
Minuisti eum paulominus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum.
Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues & boues vniuersas, insuper & pecora cãpi.

Volucres cæli, & pisces maris: qui perambulant semitas maris.
Domine Dominus noster: quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra!
Gloria Patri, & Filio: &c.
Antiphona. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.
Aña. Sicut myrrha. Psalmus 18.
CÆli enarrant gloriam Dei: & opera manuũ eius annuntiat firmamentũ.
Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam.
Non sunt loquelæ, neque sermones: quorum non audiantur voces eorum.
In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.
In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tamquàm sponsus procedens de thalamo suo.
Exultauit vt gigas ad currendam viam: à summo cælo egressio eius.
Et occursus eius vsque ad summum eius: nec est qui se abscondat à calore eius.
Lex Domini immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sa-

pientiam præſtans paruulis.

Iuſtitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini ſanctus, permanens in ſæculum ſæculi: iudicia Domini vera, iuſtificata in ſemetipſa.

Deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multũ: & dulciora ſuper mel, & fauum.

Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: & ab alienis parce ſeruo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: & emundabor à delicto maximo.

Et erunt vt complaceãt eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.

Domine adiutor meus: & redemptor meus.

Gloria Patri, & Filio: &c.

Antiphona. Sicut myrrha electa odorem dediſti ſuauitatis ſancta Dei genitrix.

Antiphona. Ante torum. Pſalmus 23.

DOmini eſt terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo.

Quia ipſe ſuper maria fundauit eum: & ſuper flumina præparauit eum.

Quis aſcendet in montem Domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius?

Innocens manibus, & mundo corde: qui non accepit in vano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet benedictionem à Domino: & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.

Hæc eſt generatio quærẽtium eum: quærentium faciem Dei Iacob.

Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ. Gloria Patri, &c.

Aña. Ante torum huius virginis frequẽtate nobis dulcia cantica dramatis.
℣. Diffusa est gratia in labijs tuis.
℟. Propterea benedixit te Deus in æternum. Pater noster. Absolutio. Precibus & meritis. vt infra. fol. 47. cum reliquis.
Isti tres Psalmi sequentes dicuntur feria tertia & sexta. Ad Nocturnum, Antiph. Specie tua. Psalmus 44.

ERuctauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus scribæ: velociter scribentis.
Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.
Accingere gladio tuo super femur tuum: potentissime.
Specie tua, & pulchritudine tua: intende, prosperè procede, & regna.
Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.
Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent: in corda inimicorum regis.

Sedes

Sedes tua Deus in sæculum sæculi: virga directionis, virga regni tui.
Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ, præ consortibus tuis.
Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.
Astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato: circumdata varietate.
Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.
Et cõcupiscet rex decorem tuũ: quoniam ipse est Dñs Deus tuus, & adorabunt eum.
Et filiæ Tyri in muneribus: vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.
Omnis gloria eius filiæ regis ab intus: in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus.
Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi.
Afferentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis.
Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui: in omni generatione & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum: & in sæculum sæculi.

Gloria Patri, & Filio: &c.

Antiphona. Specie tua & pulchritudine tua: intende, proſperè procede, & regna.

Aña. Adiuuabit eam. Pſalmus 45.

DEus noſter, refugium & virtus: adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus, dũ turbabitur terra: & transferentur mõtes in cor maris.

Sonuerunt, & turbatæ ſunt aquæ eorum: cõturbati ſunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: ſanctificauit tabernaculũ ſuũ Altiſſimus.

Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatæ ſunt gẽtes, & inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Iacob.

Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram: auferens bella

vſque ad finem terræ.
Arcum conteret, & confringet arma: & ſcuta comburet igni.
Vacate, & videte quoniã ego ſum Deus: exaltabor in gẽtibus, & exaltabor in terra.
Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Iacob.
Gloria Patri, & Filio: &c.
Aña. Adiuuabit eam Deus vultu ſuo, Deus in medio eius non commouebitur.
Aña. Sicut lætantium. Pſalmus 86.
FVndamenta eius in montibus ſanctis: diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.
Glorioſa dicta ſunt de te: ciuitas Dei.
Memor ero Rahab, & Babylonis: ſcientium me.
Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum: hi fuerunt illic.
Numquid Siõ dicet, Homo, & homo natus eſt in ea: & ipſe fundauit eã Altiſſimus?
Dominus narrabit in ſcripturis populorũ, & principũ: horum, qui fuerunt in ea.
Sicut lætantium omnium: habitatio eſt in te. Gloria Patri, &c.

Añā. Sicut lætantium omnium noſtrum habitatio eſt in te, ſancta Dei genitrix.
℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.
℞. Propterea benedixit te Deus in æternum. Pater noſter. Abſolutio. Precibus & meritis. vt infra. fol. 47. cum reliquis.
Iſti tres Pſalmi ſequentes dicuntur Feria quarta & Sabbato. Ad Noct. Antiphona. Gaude Maria virgo. Pſalmus 95.

CAntate Domino canticū nouum: cantate Domino omnis terra.
Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annuntiate de die in diem ſalutare eius.
Annuntiate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius.
Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis eſt ſuper omnes deos.
Quoniam omnes dij gentium dæmonia: Dominus autem cælos fecit.
Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius: ſanctimonia & magnificentia in ſanctificatione eius.
Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriā & honorem: afferte Do-

mino gloriam nomini eius.
T ollite hoſtias, & introite in atria eius: adorate Dominum in atrio ſancto eius.
C ommoueatur à facie eius vniuerſa terra: dicite in gētibus, quia Dominus regnauit.
E tenim correxit orbē terræ, qui nó commouebitur: iudicabit populos in æquitate.
L ætentur cæli, & exultet terra, commoueatur mare & plenitudo eius: gaudebūt campi, & omnia quæ in eis ſunt.
T unc exultabunt omnia ligna ſiluarum à facie Domini, quia venit: quoniam venit iudicare terram.
I udicabit orbem terræ in æquitate: & populos in veritate ſua. G loria Patri, &c.
Aña. Gaude Maria virgo, cunctas hæreſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo.
Antiphona. Dignare me. Pſalmus 96.
D Ominus regnauit, exultet terra: lætentur inſulæ multæ.
N ubes & caligo in circuitu eius: iuſtitia & iudicium correctio ſedis eius.
I gnis ante ipſum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius.
I lluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, &

& commota eſt terra.
Montes ſicut cera fluxerũt à facie Domini: à facie Domini omnis terra.
Annuntiauerunt cæli iuſtitiam eius: & viderunt omnes populi gloriam eius.
Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia: & qui gloriantur in ſimulacris ſuis.
Adorate eum omnes Angeli eius: audiuit, & lætata eſt Sion.
Et exultauerunt filiæ Iudæ: propter iudicia tua Domine.
Quoniam tu Dñs altiſſimus ſuper omnẽ terram: nimis exaltatus es ſuper oẽs deos.
Qui diligitis Dominum, odite malum, cuſtodit Dominus animas ſanctorum ſuorum: de manu peccatoris liberabit eos.
Lux orta eſt iuſto: & rectis corde lætitia.
Lætamini iuſti in Domino: & confitemini memoriæ ſanctificationis eius.
Gloria Patri, &c.
Aña. Dignare me laudare te, virgo ſacrata: da mihi virtutem contra hoſtes tuos.
Aña. Angelus Domini. Pſalmus 97.
CAntate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.

Saluauit ſibi dextera eius: & brachium ſanctum eius.
Notum fecit Dn̄s ſalutare ſuum: in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam.
Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ: & veritatis ſuæ domui Iſrael.
Viderunt omnes termini terræ: ſalutare Dei noſtri.
Iubilate Deo omnis terra: cantate, & exultate, & pſallite.
Pſallite Domino in cithara, in cithara, & voce pſalmi: in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.
Iubilate in conſpectu regis Domini: moueatur mare & plenitudo eius, orbis terrarum, & qui habitant in eo.
Flumina plaudent manu, ſimul montes exultabunt à cõſpectu Domini: quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia: & populos in æquitate. Gloria Patri, &c.
Añа. Angelus Domini nuntiauit Mariȩ, & concepit de Spiritu ſancto, alleluia.
℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.
℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

nu... Pater noster. secretò.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo. Absolutio.

PRecibus & meritis beatæ Mariæ semper virginis, & omnium sanctorum, perducat nos Dominus ad regna cælorũ. ℟. Amen. ℣. Iube domne benedicere.

Benedictio. Nos cum prole pia, benedicat virgo Maria. ℟. Amen.

Lectio prima. Lucæ 1.

MIssus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatẽ Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomẽ erat Ioseph, de domo Dauid; & nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena, Dñs tecum, benedicta tu in mulieribus. Tu autem Dñe miserere nobis. ℟. Deo gratias.

℟. Missus est Gabriel Angelus ad Mariã Virginem desponsatam Ioseph, nuntians ei verbũ: & expauescit Virgo de lumine. Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud Dominũ. Ecce concipies & paries, & vocabitur Altissimi filius. ℣. Dabit ei Dominus Deus sedẽ Dauid patris eius, & re-

gna-

gnabit in domo Iacob in æternum. Ecce concipies & paries, & vocabitur Altiſſimi filius. ℣. Iube domne benedicere.

Bñ. Ipſa Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dominum. ℟. Amen. Lect. ij.

QVæ cùm audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiã apud Deum: ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius nõ erit finis. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

℟. Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: Quod enim ex te naſcetur ſanctum, vocabitur filius Dei. ℣. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens Angelus dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi:

Quod

Quod enim ex te naſcetur ſanctũ, vocabitur filius Dei. ℣. Iube domne benedicere. Benedictio. Per virginem matrem concedat nobis Dominus ſalutem & pacem. ℟. Amen.

Lectio iij.

DIxit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet iſtud, quoniã virum non cognoſco? Et reſpondens Angelus dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua. Et hic menſis ſextus eſt illi, quæ vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

℟. Suſcipe verbum virgo Maria, quod tibi à Domino per Angelum tranſmiſſum eſt: concipies & paries Deum pariter & hominem: Vt benedicta dicaris inter omnes mulieres. ℣. Paries quidem filium, & virginitatis non patieris detri-

detrimẽtum efficieris grauida, & eris mater semper intacta, V t benedicta dicaris inter omnes mulieres. ℣. Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto. V t benedicta dicaris inter omnes mulieres.

AD LAVDES.

D Eus in adiutorium meum intẽde. ℟. Domine ad adiuuandum me festina.

G loria Patri, & Filio: &c.

Antiphona. Missus est. Psalmus 92.

D Ominus regnauit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.

E tenim firmauit orbem terræ: qui non commouebitur.

P arata sedes tua ex tunc: à sæculo tu es.

E leuauerunt flumina Domine: eleuauerunt flumina vocem suam.

E leuauerunt flumina fluctus suos: à vocibus aquarum multarum.

M irabiles elationes maris: mirabilis in altis Dominus.

T estimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo Do-

mine, in longitudinem dierum.
G loria Patri, & Filio: &c.
Antiphona. Miſſus eſt Angelus Gabriel ad Mariã Virginem, deſpõſatam Ioſeph.
Aña. Aue Maria. Pſalmus 99.

I Vbilate Deo omnis terra: ſeruite Domino in lætitia.
I ntroite in cõſpectu eius: in exultatione.
S citote quoniam Dominus ipſe eſt Deus: ipſe fecit nos, & non ipſi nos.
P opulus eius, & oues paſcuæ eius, introite portas eius in confeſſione: atria eius in hymnis, confitemini illi.
L audate nomen eius, quoniam ſuauis eſt Dominus, in æternum miſericordia eius: & vſque in generationem & generationem veritas eius.
G loria Patri, & Filio: &c.
Aña. Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, allel.
Aña. Ne timeas Maria. Pſalmus 62.

D Eus Deus meus: ad te de luce vigilo.
S itiuit in te anima mea: quàm multipliciter tibi caro mea.
I n terra deſerta, & inuia, & inaquoſa, ſic

in ſancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.
Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultationis laudabit os meum.
Si memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutinis meditabor in te: quia fuiſti adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæſit anima mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.
Ipſi verò in vanum quæſierunt animam meam: introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.
Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obſtructum eſt os loquentium iniqua. Pſalmus 66.
DEus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.

V t cognoſcamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus ſalutare tuum.

C onfiteantur tibi populi Deus: cõfiteantur tibi populi omnes.

L ætentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate: & gentes in terra dirigis.

C onfiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum.

B enedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ. G loria Patri, &c.

Aña. Ne timeas Maria, inueniſti gratiam apud Dominum: ecce concipies, & paries filium, alleluia. Aña. Dabit ei Dominus.

Canticum trium puerorum. Dan. 3.

B Enedicite omnia opera Domini Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

B enedicite Angeli Domini Domino: benedicite cæli Domino.

B enedicite aquæ omnes, quæ ſuper cælos ſunt Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite ſol & luna Domino: benedicite ſtellæ cæli Domino.
Benedicite omnis imber & ros Domino: benedicite omnes ſpiritus Dei Domino.
Benedicite ignis & æſtus Domino: benedicite frigus & æſtus Domino.
Benedicite rores & pruina Domino: benedicite gelu & frigus Domino.
Benedicite glacies & niues Domino: benedicite noctes & dies Domino.
Benedicite lux & tenebræ Domino: benedicite fulgura & nubes Domino.
Benedicat terra Dominum: laudet & ſuperexaltet eum in ſæcula.
Benedicite montes & colles Dño: benedicite vniuerſa germinantia in terra Dño.
Benedicite fontes Domino: benedicite maria & flumina Domino.
Benedicite cete & omnia quæ mouentur in aquis Domino: benedicite omnes volucres cæli Domino.
Benedicite omnes beſtiæ & pecora Domino: benedicite filij hominum Domino.
Benedicat Iſrael Dominum: laudet & ſuperexaltet eum in ſæcula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino: benedicite serui Domini Domino.

Benedicite spiritus & aĩæ iustorum Dño: benedicite sancti & humiles corde Dño.

Benedicite Anania, Azaria, Misael, Dño: laudate & superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu: laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in firmamẽto cæli: & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula.

Hic non dicitur Gloria. neque Amen.

Antiphona. Dabit ei Dominus sedẽ Dauid patris eius: & regnabit in æternum.

Aña. Ecce ancilla Domini. Psalmus 148.

LAudate Dominum de cælis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellæ & lumen.

Laudate eum cæli cælorum: & aquæ omnes quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse man-
dauit, & creata sunt.
Statuit ea in æternũ, & in sæculum sæcu-
li: præceptum posuit, & non præteribit.
Laudate Dominum de terra: dracones,
& omnes abyssi.
Ignis, grando, nix, glacies, spiritus pro-
cellarum: quæ faciunt verbum eius.
Montes & omnes colles: ligna fructife-
ra, & omnes cedri.
Bestiæ, & vniuersa pecora: serpentes, &
volucres pennatæ.
Reges terræ, & omnes populi: principes,
& omnes iudices terræ.
Iuuenes & virgines, senes cum iuniori-
bus laudent nomen Domini: quia exalta-
tum est nomen eius solius.
Confessio eius super cælum & terram: &
exaltauit cornu populi sui.
Hymnus omnibus sãctis eius: filijs Israel,
populo appropinquanti sibi. Psalm. 149.
CAntate Domino canticum nouum:
laus eius in ecclesia sanctorum.
Lætetur Israel in eo, qui fecit eum: & filij
Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro: in tympano & pſalterio pſallant ei.

Quia beneplacitum eſt Domino in populo ſuo: & exaltabit manſuetos in ſalutem.

Exultabunt ſancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis.

Exaltationes Dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium conſcriptum: gloria hæc eſt oĩbus ſanctis eius. Pſ. 150.

LAudate Dominũ in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum ſecundùm multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in ſono tubæ: laudate eum in pſalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis beneſonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis:

om-

omnis ſpiritus laudet Dominum.
Gloria Patri, & Filio: &c.
Antiphona. Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum.

Capitulum. Iſaiæ 11.

EGredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet: & requieſcet ſuper eum Spiritus Domini.

Hymnus.

℟. Deo gratias.

O Glorioſa Domina,
Excelſa ſuper ſidera,
Qui te creauit prouidè
Lactaſti ſacro vbere.
Quod Eua triſtis abſtulit,
Tu reddis almo germine:
Intrent vt aſtra flebiles,
Cæli feneſtra facta es.
Tu regis alti ianua,
Et porta lucis fulgida:
Vitam datam per Virginem,
Gentes redemptæ plaudite.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

℣. Benedicta tu in mulieribus.
℟. Et benedictus fructus ventris tui.
Antiphona. Spiritus sanctus.
Canticum Zachariæ. Lucæ 1.
BEnedictus Dñs Deus Israel: quia visitauit, & fecit redemptioné plebis suæ.
Et erexit cornu salutis nobis: in domo Dauid pueri sui.
Sicut locutus est per os sanctorum: qui à sæculo sunt, prophetarum eius.
Salutem ex inimicis nostris: & de manu omnium, qui oderunt nos.
Ad faciédam misericordiã cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti.
Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum: daturum se nobis.
Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi.
In sanctitate & iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris.
Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini, parare vias eius.
Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum.

Per

Per viscera misericordiæ Dei nostri: in
quibus visitauit nos oriens ex alto.
Illuminare his qui in tenebris & in vm-
bra mortis sedent: ad dirigendos pedes no
stros in viam pacis. Gloria Patri, &c.
Antiphona. Spiritus sanctus in te descen-
det Maria: ne timeas, habebis in vtero fi-
lium Dei, alleluia.
Kyrie eleison. Christe eleis. Kyrie eleis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.
DEus, qui de beatæ Mariæ Virginis
vtero, Verbum tuum, Angelo nun-
tiante, carnem suscipere voluisti: præsta
supplicibus tuis: vt qui verè eã genitricem
Dei credimus, eius apud te intercessioni-
bus adiuuemur. Per eumdem Christum
Dominum nostrum. ℟. Amen.
Pro Sanctis, Aña. Ecce Dominus veniet,
& omnes sancti eius cum eo: & erit in die
illa lux magna, alleluia. ℣. Ecce apparebit
Dominus super nubem candidam. ℟. Et
cum eo sanctorum millia. Oremus.
COnscientias nostras, quæsumus Do-
mine, visitando purifica: vt veniens

Iesus Christus filius tuus Dñs noster, cum omnibus Sanctis, paratam sibi in nobis inueniat mansionem: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Benedicamus Dño. ℟. Deo gratias.

℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei, requiescant in pace. ℟. Amen.

Si terminandum sit officium, dicuntur ea, quæ sequuntur: alioquin, si alia subsequatur hora, in fine vltimæ horæ, Pater noster. totum secretò.

℣. Dominus det nobis suam pacem.

℟. Et vitam æternam. Amen.

Deinde flexis genibus dicit sequens Aña.

ALma redemptoris mater, quæ peruia cæli,
Porta manes, & stella maris, succure cadenti,
Surgere, qui curat, populo: tu q̃ genuisti,
Natura mirante, tuum sanctum genitorẽ,
Virgo prius ac posterius Gabrielis ab ore
Sumens illud Aue, peccatorum miserere.

℣. Angelus Domini nuntiauit Mariæ.

℟. Et cõcepit de Spiritu ſancto. Oremus.

GRatiam tuam, quæſumus Domine, mẽtibus noſtris infunde: vt qui Angelo nuntiãte, Chriſti filij tui incarnationem cognouimus, per paſſionem eius & crucem, ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Diuinum auxilium maneat ſemper nobiſcum. ℟. Amen.

AD PRIMAM.

Aue Maria.

DEus in adiutorium meũ intende. ℟. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto. &c. Alleluia. Hymn.

MEmento ſalutis auctor,
Quòd noſtri quondam corporis,
Ex illibata Virgine
Naſcendo, formam ſumpſeris.

Maria mater gratiæ,
Mater miſericordiæ:
Tu nos ab hoſte protege,
Et hora mortis ſuſcipe.

G loria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

Aña. Miſſus eſt. Pſalmus 53.

D Eus in nomine tuo ſaluum me fac: & in virtute tua iudica me.

D eus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Q uoniam alieni inſurrexerũt aduerſum me, & fortes quæſierunt animam meam: & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.

E cce enim Deus adiuuat me: & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.

A uerte mala inimicis meis: & in veritate tua diſperde illos.

V oluntariè ſacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo Domine, quoniã bonum eſt.

Q uoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.

G loria Patri, &c. Pſalmus 84.

B Enedixiſti Domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob.

R emi-

Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ.

Conuerte nos Deus salutaris noster: & auerte iram tuam à nobis.

Numquid in æternum irasceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?

Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dn̄s Deus: quoniā loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos: & in eos, qui conuertuntur ad cor.

Verumtamen propè timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est: & iustitia de cælo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

Gloria Patri, &c. Psalmus 116.

LAudate Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum. Gloria Patri, &c.

Antiphona. Missus est Angelus Gabriel ad Mariam Virginem, desponsatam Ioseph. Capitulum. Isaiæ 7.

ECce virgo concipiet, & pariet filiũ, & vocabitur nomẽ eius Emmanuel: butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.

℞. Deo gratias.

℣. Dignare me laudare te, virgo sacrata.

℞. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie eleison.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

DEus, qui de beatæ Mariæ Virginis vtero, Verbum tuum, Angelo nunciante carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis: vt qui verè eã genitricem

Dei

Dei credimus, eius apud te intercessioni-
bus adiuuemur. Per eumdem Dominum
nostrum Iesum Christum Filium tuum:
Qui tecum &c. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Dño. ℟. Deo gratias.
℣. Fidelium animæ per misericordiam
Dei, requiescant in pace. ℟. Amen.

AD TERTIAM.

Aue Maria.

DEus in adiutorium meũ intende.
℟. Domine ad adiuuandum me
festina. Gloria Patri, & Filio: &
Spiritui sancto. Alleluia. Hymnus.

MEmento salutis auctor,
Quòd nostri quondam corporis,
Ex illibata Virgine
Nascendo, formam sumpseris.
Maria mater gratiæ,
Mater misericordiæ:
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,

Cum Patre, & ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.
Aña. Aue Maria. Pſalmus 119.

AD Dominum cùm tribularer clamaui: & exaudiuit me.
Domine libera animam meã à labijs iniquis: & à lingua doloſa.
Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam doloſam?
Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus deſolatorijs.
Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.
Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabãt me gratis.
Gloria Patri, &c. Pſalmus 120.

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.
Auxilium meum à Domino: qui fecit cælum & terram.
Non det in cõmotionem pedem tuum: neque dormitet qui cuſtodit te.
Ecce nõ dormitabit, neque dormiet: qui

cuſtodit Iſrael.

Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua: ſuper manum dexteram tuam.

Per diem ſol non vret te: neque luna per noctem.

Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam Dominus.

Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc & vſque in ſæculum. Gloria Patri, &c.

Pſalmus 121.

LÆtatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes noſtri: in atrijs tuis Ieruſalem.

Ieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipſum.

Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus Domini: teſtimonium Iſrael ad confitendum nomini Domini.

Quia illic ſederunt ſedes in iudicio: ſedes ſuper domum Dauid.

Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem: & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domũ Domini Dei noſtri: quæſiui bona tibi. Gloria Patri, &c.

Antiphona. Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, alleluia. Capitulum. Iſaiæ 11.

EGredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum Spiritus Domini.

℟. Deo gratias.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſ.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

DEus, qui de beatæ Mariæ Virginis vtero, Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplicibus tuis: vt qui verè eam genitricem Dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eumdem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum &c.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Be-

℣. Benedicamus Dño. ℟. Deo gratias.
℟. Fidelium animæ per miſericordiam
Dei, requieſcant in pace. ℟. Amen.

AD SEXTAM.

Aue Maria.

DEus in adiutorium meũ intende.
℟. Domine ad adiuuandum me
feſtina. Gloria Patri, & Filio: &
Spiritui ſancto. Alleluia. Hymnus.

MEmento ſalutis auctor,
Quòd noſtri quondam corporis,
Ex illibata Virgine
Naſcendo, formam ſumpſeris.
Maria mater gratiæ,
Mater miſericordiæ:
Tu nos ab hoſte protege,
Et hora mortis ſuſcipe.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

Aña. Ne timeas Maria. Pſalmus 122.

AD te leuaui oculos meos: qui habitas
in cælis.
Ecce ſicut oculi ſeruorum: in manibus

dominorum ſuorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.

Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri: quia multum repleti ſumus deſpectione.

Quia multum repleta eſt anima noſtra: opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis. Gloria Patri, &c. Pſalmus 125.

NIſi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Iſrael: niſi quia Dominus erat in nobis.

Cùm exurgerent homines in nos: fortè viuos deglutiſſent nos.

Cùm iraſceretur furor eorum in nos: forſitan aqua abſorbuiſſet nos.

Torrentem pertranſiuit anima noſtra: forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.

Benedictus Dominus: qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venantium.

Laqueus contritus eſt: & nos liberati ſumus.

A diu-

A diutorium noſtrum in nomine Domi-
ni: qui fecit cælum & terram.
G loria Patri, & Filio: &c. Pſalmus 124.
Q Vi confidunt in Domino, ſicut mōs
Sion: non commouebitur in æter-
num, qui habitat in Ieruſalem.
M ontes in circuitu eius, & Dominus in
circuitu populi ſui: ex hoc nunc, & vſque
in ſæculum.
Q uia nō relinquet Dn̄s virgam peccato-
rum ſuper ſortem iuſtorum: vt non ex-
tendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.
B enefac Domine bonis: & rectis corde.
D eclinantes autem in obligationes, ad-
ducet Dominus cum operantibus iniqui-
tatem: pax ſuper Iſrael. G loria Patri, &c.
Aña. Ne timeas Maria, inueniſti gratiam
apud Dominum: ecce concipies, & paries
filium, alleluia. Capitulum. Lucæ 1.
D Abit ei Dominus Deus ſedem Da-
uid patris eius, & regnabit in domo
Iacob in æternum, & regni eius non erit
finis. ℟. Deo gratias.
℣. Benedicta tu in mulieribus.
℟. Et benedictus fructus ventris tui.

Kyrie eleiſ. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſon.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

DEus, qui de beatæ Mariæ Virginis vtero, Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplicibus tuis: vt qui verè eam genitricem Dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eumdem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum &c. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Dño. ℟. Deo gratias.
℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei, requieſcant in pace. ℟. Amen.

AD NONAM.

Aue Maria.

DEus in adiutorium meũ intende. ℟. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto. Alleluia. Hymnus.

MEmento ſalutis auctor,
Quòd noſtri quondam corporis,
Ex illibata Virgine

Nascendo, formam sumpseris.
M aria mater gratiæ,
Mater misericordiæ:
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.
G loria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.
Aña. Ecce ancilla Domini. Psalmus 125.
I N conuertendo Dominus captiuitatem Sion: facti sumus sicut consolati.
T unc repletum est gaudio os nostrum: & lingua nostra exultatione.
T unc dicent inter gentes: Magnificauit Dominus facere cum eis.
M agnificauit Dominus facere nobiscum: facti sumus lætantes.
C onuerte Domine captiuitatẽ nostram: sicut torrens in Austro.
Q ui seminant in lacrymis: in exultatione metent.
E untes ibant & flebant: mittentes semina sua.
V enientes autem venient cum exultatione:

ne: portantes manipulos suos.

Gloria Patri, &c. Psalmus 126.

NIsi Dominus ædificauerit domum: in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cùm dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas Dñi, filij; merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij excussorum.

Beatus vir, qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non confundetur cùm loquetur inimicis suis in porta. Gloria. Psal. 127.

BEati omnes qui timent Dominum: qui ambulant in vijs eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua sicut vitis abundãs: in lateribus domus tuæ.

Filij tui sicut nouellæ oliuarum: in circuitu mensæ tuæ.

Ecce ſic benedicetur homo : qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dñs ex Sion: & videas bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum : pacem ſuper Iſrael.

Gloria Patri, & Filio: &c.

Aña. Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecũdùm verbum tuum. Capitulum. Iſa. 7.

Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel: butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum.

℟. Deo gratias.

℣. Angelus Domini nuntiauit Mariæ.

℟. Et concepit de Spiritu ſancto.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſ.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

Deus, qui de beatæ Mariæ Virginis vtero, Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnẽ ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplicibus tuis: vt qui verè eam genitricem Dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eumdem Dñm &c.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Dño. ℟. Deo gratias.
℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei, requiescant in pace. ℟. Amen.

AD VESPERAS.

Aue Maria.

DEus in adiutorium meũ intende.
℟. Dñe ad adiuuandũ me festina.
Gloria Patri, &c. Alleluia.
Antiphona. Missus est. Psalmus 109.

DIxit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis.
Donec ponam inimicos tuos: scabellum pedum tuorum.
Virgam virtutis tuæ emittet Dñs ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.
Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum: ex vtero ante luciferum genui te.
Iurauit Dominus, & non pęnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech.
Dominus à dextris tuis: confregit in die iræ suæ reges.

Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquaſſabit capita in terra multorum.
De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput. Gloria Patri, &c.
Aña. Miſſus eſt Angelus Gabriel ad Mariam virginem, deſponſatam Ioſeph.
Antiphona. Aue Maria. Pſalmus 112.
LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.
Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.
A ſolis ortu vſque ad occaſum: laudabile nomen Domini.
Excelſus ſuper omnes gentes Dominus: & ſuper cælos gloria eius.
Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat: & humilia reſpicit in cælo & in terra?
Suſcitans à terra inopem: & de ſtercore erigens pauperem.
Vt collocet eum cum principibus: cum principibus populi ſui.
Qui habitare facit ſterilem in domo: matrem filiorum lætantem. Gloria Patri.
Aña. Aue Maria, gratia plena, Dominus

tecum: benedicta tu in mulieribus, allel.
Aña. Ne timeas Maria. Psalmus 121.
LÆtatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis Ierusalem.
Ierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.
Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.
Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum Dauid.
Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem: & abundantia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.
Propter fratres meos, & proximos meos: loquebar pacem de te.
Propter domũ Domini Dei nostri: quæsiui bona tibi. Gloria Patri, &c.
Antiphona. Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud Dominum: ecce concipies, & paries filium, alleluia.
Aña. Dabit ei Dominus. Psalmus 126.

NIſi Dñs ędificauerit domũ: in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.

Cùm dederit dilectis ſuis ſomnũ: ecce hereditas Dñi, filij; merces, fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filij excuſſorum.

Beatus vir, qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur, cùm loquetur inimicis ſuis in porta. Gloria Patri, &c.

Antiphona. Dabit ei Dominus ſedẽ Dauid patris eius: & regnabit in æternum.

Aña. Ecce ancilla Domini. Pſalm. 147.

LAuda Ieruſalem Dominum: lauda Deum tuum Sion.

Quoniam cõfortauit ſeras portarum tuarum: benedixit filijs tuis in te.

Qui poſuit fines tuos pacem: & adipe frumenti ſatiat te.

Qui emittit eloquium ſuum terræ: velociter currit ſermo eius.

Qui dat niuem ſicut lanam: nebulam ſicut cinerem ſpargit.
Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit?
Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea: flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ.
Qui annuntiat verbum ſuum Iacob: iuſtitias & iudicia ſua Iſrael.
Non fecit taliter omni nationi: & iudicia ſua nõ manifeſtauit eis. Gloria Patri, &c.
Aña. Ecce ancilla Dñi, fiat mihi ſecũdùm verbum tuum. Capitulum. Iſaiæ 11.
EGredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum Spiritus Domini.
℟. Deo gratias. Hymnus.

AVe maris ſtella,
Dei mater alma:
Atque ſemper virgo,
Felix cæli porta.
Sumens illud aue,
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Euæ nomen.
Solue vincla reis,

Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.
M onstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.
V irgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos,
Mites fac & castos.
V itam præsta puram,
Iter para tutum,
Vt videntes Iesum,
Semper collætemur.
S it laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui sancto,
Tribus honor vnus. Amen.

℣. Diffusa est gratia in labijs tuis.
℟. Propterea benedixit te Deus in æternum. Antiphona. Spiritus sanctus.

Canticum B. Mariæ virginis. Luc. 1.

MAgnificat: anima mea Dominum.
Et exultauit spiritus meus: in Deo

ſalutari meo.
Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicẽt omnes generationes.
Quia fecit mihi magna, qui potens eſt: & ſanctum nomen eius.
Et miſericordia eius à progenie in progenies: timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.
Depoſuit potentes de ſede: & exaltauit humiles.
Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes.
Suſcepit Iſrael puerum ſuum: recordatus miſericordiæ ſuæ.
Sicut locutus eſt ad patres noſtros: Abraham, & ſemini eius in ſæcula.
Gloria Patri, & Filio: &c.
Antiphona. Spiritus ſanctus in te deſcendet Maria: ne timeas, habebis in vtero filium Dei, alleluia.
Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſ.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.
Deus,

DEus, qui de beatæ Mariæ Virginis vtero, Verbum tuum, Angelo nunciante carnem ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplicibus tuis; vt qui verè eã genitricem Dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Pro Sanctis, Antiphona.

Ecce Dominus veniet, & omnes ſancti eius cum eo: & erit in die illa lux magna, alleluia. ℣. Ecce apparebit Dominus ſuper nubem candidam. ℟. Et cum eo ſanctorum millia. Oremus.

COnſcientias noſtras, quæſumus Domine, viſitando purifica: vt veniens Ieſus Chriſtus filius tuus Dñs noſter, cum omnibus Sanctis, paratam ſibi in nobis inueniat manſionem. Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, &c.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Domino.
℟. Deo gratias.
℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei, requieſcant in pace. ℟. Amen.

AD COMPLETORIVM.

Aue Maria.

COnuerte nos Deus ſalutaris noſter.
℟. Et auerte iram tuam à nobis.
℣. Deus in adiutoriũ meũ intẽde.
℟. Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto.
Sicut erat in principio, &c. Allel. Pſ. 128.

SÆpè expugnauerunt me à iuuentute mea: dicat nunc Iſrael.
Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.
Supra dorſum meũ fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem ſuam.
Dominus iuſtus concidit ceruices peccatorum: confundantur & conuertantur retrorſum omnes qui oderunt Sion.
Fiant ſicut fęnum tectorum: quod priuſquam euellatur, exaruit.
De quo nõ impleuit manum ſuã qui metit: & ſinũ ſuum qui manipulos colligit.
Et non dixerunt qui præteribant, Benedictio Domini ſuper vos: benediximus vobis in nomine Domini.
Gloria Patri, & Filio: &c. Pſalmus 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.
Si iniquitates obſeruaueris Domine: Domine, quis ſuſtinebit?
Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.
Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Domino.
A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſrael in Domino.
Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria Patri, &c. Pſal. 130.

DOmine, non eſt exaltatũ cor meum: neque elati ſunt oculi mei.
Neque ambulaui in magnis: neque in mirabilibus ſuper me.
Si non humiliter ſentiebam: ſed exaltaui animam meam.
Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua: ita retributio in anima mea.
Speret Iſrael in Domino: ex hoc nunc &

vſque in ſæculũ. Gloria Pr̃i, &c. Hymn.

MEmento ſalutis auctor,
Quòd noſtri quondam corpo
Ex illibata Virgine
Naſcendo, formam ſumpſeris.
Maria mater gratiæ,
Mater miſericordiæ:
Tu nos ab hoſte protege,
Et hora mortis ſuſcipe.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

Capitulum. Iſaiæ 7.

ECce virgo concipiet, & pariet filiũ, & vocabitur nomẽ eius Emmanuel: butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare malũ, & eligere bonum. ℟. Deo gratias.
℣. Angelus Domini nuntiauit Mariæ.
℟. Et concepit de Spiritu ſancto.
Antiphona. Spiritus ſanctus.

Canticum Simeonis. Lucæ 2.

NVnc dimittis ſeruum tuũ Domine: ſecundùm verbum tuum in pace.
Quia viderunt oculi mei: ſalutare tuum.

Quod

Quod parasti: ante faciē oīum populorū.
Lumen ad reuelationem gētium: & gloriam plebis tuæ Israel. Gloria Patri, &c.
Aña. Spiritus sāctus in te descēdet Maria: ne timeas, habebis in vtero filiū Dei, allel.
Kyrie eleison. Christe eleis. Kyrie eleis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

DEus, qui de beatæ Mariæ Virginis vtero, Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; vt qui verè eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eumdem Dominum nostrum Iesum &c. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Dño. ℟. Deo gratias.
Bño. Benedicat & custodiat nos omnipotens & misericors Dominus: Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. ℟. Amen.
Deinde flexis genibus dicitur Antiphona.
Alma redemptoris mater. vt sup. fol. 54. & dicto ℣. Diuinū auxilium. dicitur secr. Pater noster. Aue Maria. & Credo.


V.F.

OFFICIVM
BEATÆ MARIÆ VIRGINIS,

Dicendum à Vesperis Vigiliæ Natiuitatis Domini, vsque ad totam diem Purificationis beatæ Mariæ. Ipsæ autem Vesperæ inueniuntur infra.

AD MATVTINVM.

Aue Maria.

DOmine labia mea aperies.
℟. Et os meum annuntiabit laudem tuam.
℣. Deus in adiutorium meum intende.
℟. Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculorũ. Amen. Allel.
Sic dicitur Alleluia. ad oẽs horas vsque ad Septuagesimam: postea verò dicitur,
Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.
Inuitat. Aue Maria, gratia plena: Dominus

nus tecum. Et repetitur iterum. Aue Maria, gratia plena: Dominus tecum. Pſ. 94.
VEnite, exultemus Domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro: præoccupemus faciem eius in confeſſione, & in pſalmis iubilemus ei. Aue Maria, gratia plena: Dominus tecum.
Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus ſuper omnes Deos: quoniam non repellet Dominus plebem ſuam: quia in manu eius ſunt omnes fines terræ: & altitudines montium ipſe conſpicit.
Dominus tecum.
Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridã fundauerunt manus eius: venite adoremus, & procidamus ante Deũ: ploremus coram Dño, qui fecit nos: quia ipſe eſt Dominus Deus noſter: nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius.
Aue Maria, gratia plena, Dominus tecũ.
Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecundùm diem tentationis in deſerto: vbi tentauerunt me patres veſtri, probauerunt, & viderunt opera mea. Dñs tecum.
Qua-

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi, Semper hi errãt corde: ipsi verò non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Aue Maria, gratia plena: Dominus tecum.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculorum. Amen.

Dominus tecum. Aue Maria, gratia plena: Dominus tecum.

Hymnus.

QVem terra, pontus, æthera
Colunt, adorant, prædicant,
Trinam regentem machinam,
Claustrum Mariæ baiulat.

Cui luna, sol, & omnia
Deseruiunt per tempora,
Perfusa cæli gratia,
Gestant puellæ viscera.

Beata mater munere,
Cuius supernus Artifex,
Mundum pugillo continens,
Ventris sub arca clausus est.

Beata cæli nuntio,
Fœcunda sancto Spiritu,

Desi-

Desideratus gentibus,
Cuius per aluum fusus est.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

Isti tres Psalmi sequentes dicũtur diebus Dominicis, feria secunda & quinta.

Ad Noct. Aña. Benedicta tu. Psalm. 8.

DOmine Dominus noster: quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra!

Quoniam eleuata est magnificentia tua: super cælos.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum & vltorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum: lunam & stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quòd memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulominus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: oues & boues vniuerſas, inſuper & pecora cāpi.
Volucres cæli, & piſces maris: qui perambulant ſemitas maris.
Domine Dominus noſter: quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra!
Gloria Patri, & Filio: &c.
Antiphona. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.
Aña. Sicut myrrha. electa Pſalmus 18.
CÆli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annuntiat firmamentum.
Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat ſcientiam.
Non ſunt loquelæ, neque ſermones: quorum non audiantur voces eorum.
In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.
In ſole poſuit tabernaculum ſuum: & ipſe tamquàm ſponſus procedens de thalamo ſuo.
Exultauit vt gigas ad currendam viam: à ſummo cælo egreſſio eius.
Et occurſus eius vſque ad ſummum eius:

nec

nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.

L ex Domini immaculata, conuertens animas: teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis.

I uſtitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: præceptũ Dñi lucidum, illuminãs oculos.

T imor Domini ſanctus, permanens in ſæculum ſæculi: iudicia Domini vera, iuſtificata in ſemetipſa.

D eſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multũ: & dulciora ſuper mel, & fauum.

E tenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis retributio multa.

D elicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: & ab alienis parce ſeruo tuo.

S i mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: & emundabor à delicto maximo.

E t erunt vt complaceãt eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.

D omine adiutor meus: & redemptor meus. G loria Patri, & Filio: &c.

Antiphona. Sicut myrrha electa odorem de-

dedisti suauitatis sancta Dei genitrix.
Aña. Ante torum. Psalmus 23.
DOmini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo.
Quia ipse super maria fundauit eum: & super flumina præparauit eum.
Quis ascendet in montem Domini: aut quis stabit in loco sancto eius?
Innocens manibus, & mundo corde: qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo.
Hic accipiet benedictionem à Domino: & misericordiam à Deo salutari suo.
Hæc est generatio quærẽtium eum: quærentium faciem Dei Iacob.
Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.
Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.
Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.
Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtu-
tum

tum ipſe eſt rex gloriæ. Gloria Patri, &c.
Aña. Ante torum huius virginis frequẽtate nobis dulcia cantica dramatis.
℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.
℟. Propterea benedixit te Deus in æternum. Pater noſter. Abſolutio. Precibus & meritis. vt infra. fol. 76. cum reliquis.
Iſti tres Pſalmi ſequentes dicuntur Feria tertia & ſexta. Ad Nocturnum, Antiph. Specie tua. Pſalmus 44.

ERuctauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus ſcribæ: velociter ſcribentis.
Speciosus forma præ filijs hominum, diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.
Accingere gladio tuo ſuper femur tuum: potentiſſime.
Specie tua, & pulchritudine tua: intende, proſperè procede, & regna.
Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.
Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent:

in corda inimicorum regis.
Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi: virga directionis, virga regni tui.
Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ, præ conſortibus tuis.
Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimentis tuis, à domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.
Aſtitit regina à dextris tuis, in veſtitu deaurato: circumdata varietate.
Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui.
Et concupiſcet rex decorem tuum: quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.
Et filiæ Tyri in muneribus: vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.
Omnis gloria eius filiæ regis ab intus: in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus.
Adducentur regi virgines poſt eam: proximæ eius afferentur tibi.
Afferentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis.

Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: conſtitues eos principes ſuper omnem terram.
Memores erunt nominis tui: in omni generatione & generationem.
Propterea populi confitebuntur tibi in æternum: & in ſæculum ſæculi.
Gloria Patri, & Filio: &c.
Antiphona. Specie tua & pulchritudine tua: intende, proſperè procede, & regna.
Aña. Adiuuabit eam. Pſalmus 45.
DEus noſter, refugium & virtus: adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.
Propterea non timebimus, dum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris.
Sonuerunt, & turbatæ ſunt aquæ eorum: cõturbati ſunt montes in fortitudine eius.
Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: ſanctificauit tabernaculũ ſuũ Altiſſimus.
Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam Deus mane diluculo.
Conturbatæ ſunt gẽtes, & inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam, mota eſt terra.
Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor no-

noſter Deus Iacob.
Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram: auferens bella vſque ad finem terræ.
Arcum conteret, & confringet arma: & ſcuta comburet igni.
Vacate, & videte quoniã ego ſum Deus: exaltabor in gẽtibus, & exaltabor in terra.
Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Iacob.
Gloria Patri, & Filio: &c.
Aña. Adiuuabit eam Deus vultu ſuo, Deus in medio eius non commouebitur.
Aña. Sicut lætantium. Pſalmus 86.
FVndamenta eius in montibus ſanctis: diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.
Glorioſa dicta ſunt de te: ciuitas Dei.
Memor ero Rahab, & Babylonis: ſcientium me.
Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum: hi fuerunt illic.
Numquid Sion dicet, Homo, & homo natus eſt in ea: & ipſe fundauit eam Altiſſimus?

Dominus narrabit in scripturis populorũ, & principũ: horum, qui fuerunt in ea.
Sicut lætantium omnium: habitatio est in te. Gloria Patri, &c.
Aña. Sicut lætantium omnium nostrum habitatio est in te, sancta Dei genitrix.
℣. Diffusa est gratia in labijs tuis.
℟. Propterea benedixit te Deus in æternum. Pater noster. Absolutio. Precibus & meritis. vt infra. fol. 76. cum reliquis.
Isti tres Psalmi sequentes dicuntur feria quarta & Sabbato. Ad Noct. Antiphona. Gaude Maria virgo. Psalmus 95.

CAntate Domino canticũ nouum: cantate Domino omnis terra.
Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annuntiate de die in diem salutare eius.
Annuntiate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius.
Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos.
Quoniam omnes dij gentium dæmonia: Dominus autem cælos fecit.
Confessio & pulchritudo in conspectu

eius:

eius: ſanctimonia & magnificentia in ſanctificatione eius.
Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriã & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius.
Tollite hoſtias, & introite in atria eius: adorate Dominum in atrio ſancto eius.
Commoueatur à facie eius vniuerſa terra: dicite in gẽtibus, quia Dominus regnauit.
Etenim correxit orbẽ terræ, qui nõ commouebitur: iudicabit populos in æquitate.
Lætentur cæli, & exultet terra, commoueatur mare & plenitudo eius: gaudebũt campi, & omnia quæ in eis ſunt.
Tunc exultabunt omnia ligna ſiluarum à facie Domini, quia venit: quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terræ in æquitate: & populos in veritate ſua.
Gloria Patri, & Filio: &c.
Añа. Gaude Maria virgo, cunctas hæreſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo.
Antiphona. Dignare me. Pſalmus 96.
DOminus regnauit, exultet terra: lætentur inſulæ multæ.

Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia & iudicium correctio sedis eius.
Ignis ante ipsum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius.
Illuxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra.
Montes sicut cera fluxerũt à facie Domini: à facie Domini omnis terra.
Annuntiauerunt cæli iustitiam eius: & viderunt omnes populi gloriam eius.
Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simulacris suis.
Adorate eum omnes Angeli eius: audiuit, & lætata est Sion.
Et exultauerunt filiæ Iudæ: propter iudicia tua Domine.
Quoniam tu Dñs altissimus super omnẽ terram: nimis exaltatus es super oẽs deos.
Qui diligitis Dominum, odite malum, custodit Dominus animas sanctorum suorum: de manu peccatoris liberabit eos.
Lux orta est iusto: & rectis corde lætitia.
Lætamini iusti in Dño: & cõfitemini memoriæ sãctificationis eius. Gloria Pri, &c.
Aña. Dignare me laudare te, virgo sacrata;

ta: da mihi virtutem contra hoſtes tuos.

Aña Poſt partum. Pſalmus 97.

CAntate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.

Saluauit ſibi dextera eius: & brachium ſanctum eius.

Notum fecit Dñs ſalutare ſuum: in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam.

Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ: & veritatis ſuæ domui Iſrael.

Viderunt omnes termini terræ: ſalutare Dei noſtri.

Iubilate Deo omnis terra: cantate, & exultate, & pſallite.

Pſallite Domino in cithara, in cithara, & voce pſalmi: in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.

Iubilate in conſpectu regis Domini: moueatur mare & plenitudo eius, orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, ſimul montes exultabunt à cõſpectu Domini: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia: & populos in æquitate. Gloria Patri, &c.

Aña. Post partũ virgo inuiolata permansisti Dei genitrix intercede pro nobis.

℣. Diffusa est gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternum. Pater noster. secretò.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo. Absolutio.

PRecibus & meritis beatæ Mariæ semper virginis, & omnium sanctorum, perducat nos Dominus ad regna cælorũ.

℟. Amen. ℣. Iube domne benedicere.

Benedictio. Nos cum prole pia, benedicat virgo Maria. ℟. Amen.

Lectio prima. Ecclesiast. 24.

IN omnibus requiem quæsiui, & in hereditate Domini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi Creator omnium: & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi: In Iacob inhabita, & in Israel hereditare, & in electis meis mitte radices. Tu autem Domine miserere nobis. ℟. Deo gratias. ℟. Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam nescio: Quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti.

℣. Be-

℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Quia quem cæli capere nõ poterant, tuo gremio cõtulisti.

℣. Iube domne benedicere.

Benedictio. Ipsa Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dominum. ℟. Amen.

Lectio secunda.

ET sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui: & in Ierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius: & in plenitudine sanctorum detentio mea. Tu autem Dñe miserere nobis. ℟. Deo gratias. ℟. Beata es virgo Maria, quæ Dominum portasti Creatorem mundi. Genuisti qui te fecit, & in æternum permanes virgo. ℣. Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum. Genuisti qui te fecit, & in æternũ permanes virgo.

Quando dicitur Te Deum laudamus. assumitur in fine huius Responsorij. ℣. Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto. Genuisti qui te fecit, &c.

℣. Iube domne benedicere.

Benedictio. Per virginem matrem concedat

cedat nobis Dominus ſalutem & pacem. ℟. Amen.

Lectio iij.

QVaſi cedrus exaltata ſum in Libano, & quaſi cypreſſus in monte Sion. Quaſi palma exaltata ſum in Cades: & quaſi plantatio roſæ in Iericho. Quaſi oliua ſpecioſa in campis, & quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquas in plateis. Sicut cinnamomum, & balſamum aromatizans odorem dedi: quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

Sequens Reſponſorium omittitur, quando dicitur Te Deum laudamus.

℟. Felix namque es ſacra virgo Maria, & omni laude digniſſima: Quia ex te ortus eſt Sol iuſtitiæ, Chriſtus Deus noſter.

℣. Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo ſexu: ſentiant omnes tuum iuuamen, quicumque celebrant tuam ſanctam commemorationem. Quia ex te ortus eſt Sol iuſtitiæ, Chriſtus Deus noſter.

℣. Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto. Chriſtus Deus noſter.

Sequens Hymnus dicitur in hoc tempore ad libitum vſque ad Septuageſimam.

Hymnus SS. Ambroſij & Auguſtini.

TE Deum laudamus: te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem: omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli: tibi cæli, & vniuerſæ poteſtates.

Tibi Cherubim & Seraphim: inceſſabili voce proclamant.

Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus Deus Sabaoth.

Pleni ſunt cæli & terra: maieſtatis gloriæ tuæ.

Te glorioſus Apoſtolorum chorus,

Te Prophetarum laudabilis numerus,

Te Martyrũ candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum: ſancta confitetur Eccleſia.

Patrem immenſæ maieſtatis.

Venerandum tuum verum: & vnicum Filium.

Sanctum quoque paraclitum Spiritum.

Tu rex gloriæ Chriſte.

Tu Patris sempiternus es Filius.
Tu ad liberandum suscepturus hominẽ: non horruisti virginis vterum.
Tu deuicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna cælorum.
Tu ad dexterã Dei sedes: in gloria Patris.
Iudex crederis esse venturus.
Te ergo, quæsumus, tuis famulis subueni: quos pretioso sanguine redemisti.
Æterna fac cum sanctis tuis: gloria munerari.
Saluum fac populum tuum Domine: & benedic hereditati tuæ.
Et rege eos: & extolle illos vsque in æternum.
Per singulos dies: benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in sæculum: & in sæculum sæculi.
Dignare Domine die isto: sine peccato nos custodire.
Miserere nostri Domine: miserere nostri.
Fiat misericordia tua Domine super nos: quemadmodum sperauimus in te.
In te Domine speraui: non confundar in æternum.

AD LAVDES.

DEus in adiutorium meum intẽde.
℟. Dñe ad adiuuandũ me festina.
Gloria Patri, & Filio: &c.
Aña. O admirabile cõmercium. Psal. 92
DOminus regnauit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.
Etenim firmauit orbem terræ: qui non commouebitur.
Parata sedes tua ex tunc: à sæculo tu es.
Eleuauerunt flumina Domine: eleuauerunt flumina vocem suam.
Eleuauerunt flumina fluctus suos: à vocibus aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis Dominus.
Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo Domine, in longitudinem dierum.
Gloria Patri, & Filio: &c.
Antiphona. O admirabile commercium: creator generis humani animatum corpus sumẽs, de Virgine nasci dignatus est: & procedens homo sine semine, largitus

est

eſt nobis ſuam Deitatem. Antiphona. Quando natus es. Pſalmus 99.

IVbilate Deo omnis terra: ſeruite Domino in lætitia.

Introite in cóſpectu eius: in exultatione.

Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus: ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

Populus eius, & oues paſcuæ eius, introite portas eius in confeſſione: atria eius in hymnis, confitemini illi.

Laudate nomen eius, quoniam ſuauis eſt Dominus, in æternum miſericordia eius: & vſque in generationem & generationem veritas eius. Gloria Patri, &c.

Antiphona. Quando natus es ineffabiliter ex virgine, tunc impletæ ſunt ſcripturæ: ſicut pluuia in vellus deſcendiſti, vt ſaluum faceres genus humanum: te laudamus Deus noſter.

Aña. Rubum quem viderat Moyſes.

Pſalmus 62

DEus Deus meus: ad te de luce vigilo.

Sitiuit in te anima mea: quàm multipliciter tibi caro mea.

In terra deſerta, & inuia, & inaquoſa, ſic

in sancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.
Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultationis laudabit os meum.
Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.
Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam: introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.
Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua. Psalmus 66.
DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Vt

V t cognoſcamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus ſalutare tuum.
C onfiteantur tibi populi Deus: cõfiteantur tibi populi omnes.
L ætentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate: & gentes in terra dirigis.
C onfiteãtur tibi populi Deus, cõfiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructũ ſuũ.
B enedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ. G loria Patri, &c.
Antiphona. Rubum quem viderat Moyſes incombuſtum, conſeruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem, Dei genitrix intercede pro nobis.
Antiphona. Germinauit radix Ieſſe.

Canticum trium puerorum. Dan. 3.

B Enedicite omnia opera Domini Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
B enedicite Angeli Domini Domino: benedicite cæli Domino.
B enedicite aquæ omnes, quæ ſuper cælos ſunt Domino: benedicite omnes vir-
tutes

tutes Domini Domino.
Benedicite sol & luna Domino: benedicite stellæ cæli Domino.
Benedicite omnis imber & ros Domino: benedicite omnes spiritus Dei Domino.
Benedicite ignis & æstus Domino: benedicite frigus & æstus Domino.
Benedicite rores & pruina Domino: benedicite gelu & frigus Domino.
Benedicite glacies & niues Domino: benedicite noctes & dies Domino.
Benedicite lux & tenebræ Domino: benedicite fulgura & nubes Domino.
Benedicat terra Dominum: laudet & superexaltet eum in sæcula.
Benedicite montes & colles Domino: benedicite vniuersa germinantia in terra Domino.
Benedicite fontes Domino: benedicite maria & flumina Domino.
Benedicite cete & omnia quæ mouentur in aquis Domino: benedicite omnes volucres cæli Domino.
Benedicite omnes bestiæ & pecora Domino: benedicite filij hominum Domino.

Benedicat Iſrael Dominum: laudet & ſuperexaltet eum in ſæcula.
Benedicite Sacerdotes Domini Domino: benedicite ſerui Domini Domino.
Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorum Domino: benedicite ſancti & humiles corde Domino.
Benedicite Anania, Azaria, Miſael, Dño: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
Benedicamus Patrem & Filium cum ſancto Spiritu: laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.
Benedictus es Domine in firmamẽto cæli: & laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula.
Hic non dicitur Gloria. neque Amen.
Antiphona. Germinauit radix Ieſſe, orta eſt ſtella ex Iacob: virgo peperit Saluatorem: te laudamus Deus noſter.
Aña. Ecce Maria genuit. Pſalmus 148.
LAudate Dominum de cælis: laudate eum in excelſis.
Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.
Laudate eum ſol & luna: laudate eum omnes

Omnes ſtellæ & lumen.
Laudate eum cæli cælorum: & aquæ om-
nes quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomen
Domini.
Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe man-
dauit, & creata ſunt.
Statuit ea in æternũ, & in ſæculum ſæcu-
li: præceptum poſuit, & non præteribit.
Laudate Dominum de terra: dracones,
& omnes abyſſi.
Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus pro-
cellarum: quæ faciunt verbum eius.
Montes & omnes colles: ligna fructife-
ra, & omnes cedri.
Beſtiæ, & vniuerſa pecora: ſerpentes, &
volucres pennatæ.
Reges terræ, & omnes populi: principes,
& omnes iudices terræ.
Iuuenes & virgines, ſenes cum iuniori-
bus laudent nomen Domini: quia exalta-
tum eſt nomen eius ſolius.
Confeſſio eius ſuper cælum & terram: &
exaltauit cornu populi ſui.
Hymnus omnibus sãctis eius: filijs Iſrael,
populo appropinquanti ſibi. Pſalm. 149.

CAntate Domino canticum nouū:
laus eius in eccleſia ſanctorum.
Lætetur Iſræl in eo, qui fecit eum: &
Sion exultent in rege ſuo.
Laudent nomen eius in choro: in tym-
pano & pſalterio pſallant ei.
Quia beneplacitum eſt Domino in popu-
lo ſuo: & exaltabit manſuetos in ſalutem.
Exultabunt ſancti in gloria: lætabuntur
in cubilibus ſuis.
Exaltationes Dei in gutture eorum: &
gladij ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationibus:
increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorum in compedi-
bus: & nobiles eorum in manicis ferreis.
Vt faciant in eis iudicium conſcriptum:
gloria hæc eſt oībus ſanctis eius. Pſal. 150.
LAudate Dominū in ſanctis eius: lau-
date eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius: laudate
eum ſecundùm multitudinem magnitu-
dinis eius.
Laudate eum in ſono tubæ: laudate eum
in pſalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.
Laudate eũ in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet Dñm. Gloria Patri.
Aña. Ecce Maria genuit nobis Saluatorẽ, quem Ioannes videns, exclamauit dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, alleluia. Capitulum. Cant. 6.
Viderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prædicauerunt, & reginæ laudauerunt eam. ℞. Deo gratias. Hymn.

O Gloriosa Domina,
Excelsa super sidera,
Qui te creauit prouidè
Lactasti sacro vbere.
Quod Eua tristis abstulit,
Tu reddis almo germine:
Intrent vt astra flebiles,
Cæli fenestra facta es.
Tu regis alti ianua,
Et porta lucis fulgida:
Vitam datam per Virginem,
Gentes redemptæ plaudite.
Gloria tibi Domine,

Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.
℣. Benedicta tu in mulieribus.
℞. Et benedictus fructus ventris tui.
Antiphona. Mirabile mysterium.

Canticum Zachariæ. Lucæ 1.

BEnedictus Dominus Deus Israel: quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ.
Et erexit cornu salutis nobis: in domo Dauid pueri sui.
Sicut locutus est per os sanctorum: qui à sæculo sunt, prophetarum eius.
Salutem ex inimicis nostris: & de manu omnium, qui oderunt nos.
Ad faciẽdam misericordiã cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti.
Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum: daturum se nobis.
Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi.
In sanctitate & iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris.
Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis

præ-

præibis enim ante faciem Domini, parare vias eius.
Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius: in remiſſionem peccatorum eorum.
Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri: in quibus viſitauit nos oriens ex alto.
Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent: ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. Gloria Patri, &c.
Aña. Mirabile myſteriũ declaratur hodie, innouãtur naturæ, Deus homo factus eſt: id quod fuit, permãſit, & quod nõ erat aſſumpſit, non cõmixtionẽ paſſus, neque diuiſionem. Kyrie eleiſ. Christe eleiſ. Kyrie eleiſ. ℣. Dñe exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.
DEus, qui ſalutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fęcũda, humano generi præmia præſtitiſti: tribue quæſumus: vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit, &c.
Pro Sanctis, Antiphona.
Sancti Dei omnes intercedere dignemini

pro nostra omniumq. salute. ℣. Lætamini in Domino, & exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Oremus.

PRotege Domine populum tuum, & Apostolorum tuorum Petri & Pauli, & aliorum Apostolorum patrocinio confidentem, perpetua defensione conserua.

OMnes sancti tui, quæsumus Domine, nos vbique adiuuent: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus, & pacem tuam nostris concede temporibus, & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam: iter, actus, & voluntates nostras, & omnium famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone, benefactoribus nostris sẽpiterna bona retribue, & omnibus fidelibus defunctis requiem æternam concede. Per Dominum.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Dño. ℟. Deo gratias.
℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei, requiescant in pace. ℟. Amen.

Si terminandum sit officium, dicuntur quæ sequuntur: alioquin, si alia subse-

qua-

quatur hora, in fine vltimæ horæ, Pater noster. totum secretò.

℣. Dominus det nobis suam pacem.

℞. Et vitam æternam. Amen.

Deinde dicitur flexis genibus sequẽs Añа.

ALma redemptoris mater, quæ peruia cæli,
Porta manes, & stella maris, succure cadenti,
Surgere, qui curat, populo: tu quæ genuisti,
Natura mirante, tuum sanctum Genitorem.
Virgo prius ac posterius Gabrielis ab ore
Sumens illud aue, peccatorum miserere.

℣. Post partum virgo inuiolata permansisti. ℞. Dei genitrix intercede pro nobis.

Oremus.

DEus, qui salutis. vt supra vsque ad Qui tecum. & dicto ℞. Amen. dicitur ℣. Diuinum auxilium maneat semper nobiscum. ℞. Amen.

Prædicta Antiphona dicitur etiam in fine Completorij vsque ad Purificationem, & in ipso die Purificationis dicitur Aña.

Aue

AVe Regina cælorum,
Aue Domina Angelorum:
Salue radix, salue porta,
Ex qua mundo lux est orta.
Gaude Virgo gloriosa,
Super omnes speciosa:
Vale ò valdè decora,
Et pro nobis Christum exora.

℣. Dignare me laudare te, virgo sacrata.
℟. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Oremus.

COncede misericors Deus fragilitati nostræ præsidium: vt qui sanctæ Dei genitricis memoriam agimus, intercessionis eius auxilio, à nostris iniquitatibus resurgamus. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

℣. Diuinum auxilium maneat semper nobiscum. ℟. Amen.

AD PRIMAM.

Aue Maria.

DEus in adiutorium meum intende.
℟. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria Patri. Alleluia. Hymnus.

Me-

MEmento ſalutis auctor,
Quòd noſtri quondam corporis,
Ex illibata Virgine
Naſcendo, formam ſumpſeris.
Maria mater gratiæ,
Mater miſericordiæ:
Tu nos ab hoſte protege,
Et hora mortis ſuſcipe.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

Aña. O admirabile cómercium. Pſal. 53.

DEus in nomine tuo ſaluum me fac: & in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Quoniã alieni inſurrexerũt aduersũ me, & fortes quæſierunt animã meam: & non propoſuerunt Deũ ante conſpectũ ſuum.

Ecce enim Deus adiuuat me: & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.

Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua diſperde illos.

Voluntariè ſacrificabo tibi: & confitebor

ne-

nomini tuo Domine, quoniã bonum est.
Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus. Gloria Patri, &c. Psalmus 84.
Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.
Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.
Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ.
Conuerte nos Deus salutaris noster: & auerte iram tuam à nobis.
Numquid in æternum irasceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?
Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.
Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.
Audiam quid loquatur in me Dñs Deus: quoniã loquetur pacem in plebem suam.
Et super sanctos suos: & in eos, qui conuertuntur ad cor.
Verumtamen propè timentes eum salutare ipsius; vt inhabitet gloria in terrã nostra.
Mise-

Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est: & iustitia de cælo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos. Gloria Patri. Psal. 116.

LAudate Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum. Gloria Patri, &c.

Aña. O admirabile commercium, creator generis humani, animatum corpus sumēs, de virgine nasci dignatus est: & procedens homo sine semine, largitus est nobis suam Deitatem. Capitulum. Cant. 6.

QVæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? ℟. Deo gratias.

℣. Dignare me laudare te, virgo sacrata.
℟. Da mihi virtutem contra hostes tuos.
Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie eleison.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.
DEus, qui salutis æternæ, beatæ Marię virginitate fœcũda, humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum &c. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Dño. ℟. Deo gratias.
℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei, requiescant in pace. ℟. Amen.

AD TERTIAM.

Aue Maria.

DEus in adiutorium meũ intende. ℟. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto. Alleluia. Hymnus.

MEmento salutis auctor,
Quòd nostri quondam corporis,
Ex illibata Virgine
Nascendo, formam sumpseris.
Maria mater gratiæ,

Mater misericordiæ:
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.
Aña. Quando natus es. Psalmus 119.

AD Dominum cùm tribularer clamaui: & exaudiuit me.
Domine libera animam meā à labijs iniquis: & à lingua dolosa.
Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam?
Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatorijs.
Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.
Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabāt me gratis. Gloria Patri, &c. Psalmus 120.

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.
Auxilium meum à Domino: qui fecit cælum

lum & terram.
Non det in cõmotionem pedem tuum: neque dormitet qui cuſtodit te.
Ecce nõ dormitabit, neque dormiet: qui cuſtodit Iſrael.
Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua: ſuper manum dexteram tuam.
Per diem ſol non vret te: neque luna per noctem.
Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam Dominus.
Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc & vſque in ſæculum. Gloria Patri, &c. Pſalmus 121.
LÆtatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus.
Stantes erant pedes noſtri: in atrijs tuis Ieruſalem.
Ieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipſum.
Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus Domini: teſtimonium Iſrael ad confitendum nomini Domini.
Quia illic ſederunt ſedes in iudicio: ſedes ſuper domum Dauid.

Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem: & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei noſtri: quæſiui bona tibi. Gloria Patri, &c.

Antiphona. Quãdo natus es ineffabiliter ex virgine, tũc impletæ ſunt ſcripturæ: ſicut pluuia in vellus deſcendiſti, vt ſaluum faceres genus humanum: te laudamus Deus noſter. Capitulum. Eccleſiaſt. 24.

ET ſic in Sion firmata ſum, & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: & in Ieruſalẽ poteſtas mea. ℟. Deo gratias.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſ.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

DEus, qui ſalutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fęcũda, humano generi præmia præſtitiſti: tribue quæſumus: vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per

quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Dño. ℟. Deo gratias.
℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei, requiescant in pace. ℟. Amen.

AD SEXTAM.

Aue Maria.

DEus in adiutorium meũ intende.
℟. Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, &c. Alleluia. Hymnus.

MEmento salutis auctor,
Quòd nostri quondam corporis,
Ex illibata Virgine
Nascendo, formam sumpseris.
Maria mater gratiæ,
Mater misericordiæ:
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & sancto Spiritu,

In

In sempiterna sæcula. Amen.
Aña. Rubũ quẽ viderat Moyses. Ps. 122.
AD te leuaui oculos meos: qui habitas in cælis.
Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum.
Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.
Miserere nostri Domine, miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.
Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus, & despectio superbis. Gloria Patri, &c. Psalmus 123.
NIsi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel: nisi quia Dominus erat in nobis.
Cùm exurgerent homines in nos: fortè viuos deglutissent nos.
Cùm irasceretur furor eorum in nos: forsitan aqua absorbuisset nos.
Torrentem pertransiuit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.
Benedictus Dominus: qui non dedit nos

in captionem dentibus eorum.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venantium.

Laqueus contritus eſt: & nos liberati ſumus.

Adiutorium noſtrum in nomine Domini: qui fecit cælum & terram.

Gloria Patri, & Filio: &c. Pſalmus 124.

QVi confidunt in Domino, ſicut mõs Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat in Ieruſalem.

Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi ſui: ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

Quia nõ relinquet Dñs virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum: vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.

Benefac Domine bonis: & rectis corde.

Declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem: pax ſuper Iſrael. Gloria Patri, &c.

Aña. Rubum quẽ viderat Moyſes incõbuſtum, conſeruatã agnouimus tuam laudabilem virginitatem: Dei genitrix intercede pro nobis. Capitulum. Eccli. 24.

ET radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.
℟. Deo gratias.
℣. Benedicta tu in mulieribus.
℟. Et benedictus fructus ventris tui.
Kyrie eleison. Christe eleis. Kyrie eleis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.
DEus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fęcunda, humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorẽ vitæ suscipere Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum &c. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Dño. ℟. Deo gratias.
℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei, requiescant in pace. ℟. Amen.

AD NONAM.

Aue Maria.

DEus in adiutorium meũ intende.
℟. Dñe ad adiuuandũ me festina.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio, &c. Allel. Hymn.

MEmento salutis auctor,
Quòd nostri quondam corporis,
Ex illibata Virgine
Nascendo, formam sumpseris.
Maria mater gratiæ,
Mater misericordiæ:
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

Aña. Ecce Maria genuit. Psalmus 125.

IN conuertendo Dominus captiuitatem Sion: facti sumus sicut consolati.
Tunc repletum est gaudio os nostrum: & lingua nostra exultatione.
Tunc dicent inter gentes: Magnificauit Dominus facere cum eis.
Magnificauit Dominus facere nobiscum: facti sumus lætantes.
Conuerte Domine captiuitatẽ nostram: sicut torrens in Austro.

Qui

Qui seminant in lacrymis: in exultatione metent.
Euntes ibant & flebant: mittentes semina sua.
Venientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos suos.
Gloria Patri, &c. Psalmus 126.
NIsi Dominus ædificauerit domum: in vanum laborauerunt qui ædificant eam.
Nisi Dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam.
Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.
Cùm dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas Dñi, filij; merces, fructus ventris.
Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij excussorum.
Beatus vir, qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non confundetur cùm loquetur inimicis suis in porta.
Gloria Patri, &c. Psalmus 127.
BEati omnes qui timent Dominum: qui ambulant in vijs eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.
Vxor tua ſicut vitis abundãs: in lateribus domus tuæ.
Filij tui ſicut nouellæ oliuarum: in circuitu menſæ tuæ.
Ecce ſic benedicetur homo: qui timet Dominum.
Benedicat tibi Dñs ex Sion: & videas bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.
Et videas filios filiorum tuorum: pacem ſuper Iſrael. Gloria Patri, &c.
Aña. Ecce Maria genuit nobis Saluatorẽ, quem Ioannes videns exclamauit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, allel. Capitulum. Eccleſiaſt. 24.
IN plateis ſicut cinnamomum & balſamum aromatizans odorem dedi, quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris.
℟. Deo gratias.
℣. Poſt partũ virgo inuiolata permanſiſti.
℟. Dei genitrix intercede pro nobis.
Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſ.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.
Deus,

DEus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fœcũda, humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, &c. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Dño. ℟. Deo gratias.
℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei, requiescant in pace. ℟. Amen.

AD VESPERAS.

Aue Maria.

DEus in adiutorium meũ intende.
℟. Dñe ad adiuuandũ me festina.
Gloria Patri, &c. Alleluia.

Aña. O admirabile cõmerciũ. Psal. 109.

DIxit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis.
Donec ponam inimicos tuos: scabellum pedum tuorum.
Virgam virtutis tuæ emittet Dñs ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.
Tecum principium in die virtutis tuæ in splen-

ſplendoribus ſanctorum: ex vtero ante luciferum genui te.

Iurauit Dominus, & nõ pœnitebit eum: Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.

Dominus à dextris tuis: confregit in die iræ ſuæ reges.

Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquaſſabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput. Gloria Patri, &c.

Antiphona. O admirabile commercium, creator generis humani, animatum corpus ſumẽs, de Virgine naſci dignatus eſt: & procedens homo ſine ſemine, largitus eſt nobis ſuam Deitatem.

Aña. Quando natus es. Pſalmus 112.

LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

A ſolis ortu vſque ad occaſum: laudabile nomen Domini.

Excelſus ſuper omnes gentes Dominus: & ſuper cælos gloria eius.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat: & humilia respicit in cælo & in terra?

Suscitans à terra inopem: & de stercore erigens pauperem.

Vt collocet eum cum principibus: cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum lætãtem. Gloria Patri, &c.

Antiphona. Quando natus es ineffabiliter ex virgine, tunc impletæ sunt scripturæ: sicut pluuia in vellus descendisti, vt saluum faceres genus humanum: te laudamus Deus noster. Antiphona. Rubum quem viderat Moyses. Psal. 121.

LÆtatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis Ierusalem.

Ierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes

super

super domum Dauid.
Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem: & abundantia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.
Propter fratres meos, & proximos meos: loquebar pacem de te.
Propter domũ Domini Dei nostri: quæsiui bona tibi. Gloria Patri, &c.
Antiphona. Rubum quem viderat Moyses incombustum, conseruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem: Dei genitrix intercede pro nobis.
Aña. Germinauit radix Iesse. Psal. 126.
Nisi Dñs ędificauerit domũ: in vanum laborauerunt, qui ædificant eam.
Nisi Dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat, qui custodit eam.
Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.
Cum dederit dilectis suis somnũ: ecce hereditas Dñi, filij; merces, fructus ventris.
Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij excussorum.

Beatus vir, qui impleuit deſiderium ſuum
ex ipſis : non confundetur, cùm loquetur
inimicis ſuis in porta. Gloria Patri, &c.
Antiphona. Germinauit radix Ieſſe, orta
eſt ſtella ex Iacob, virgo peperit Saluato-
rem : te laudamus Deus noſter.
Aña. Ecce Maria ~~genuit.~~ Pſalmus 147.
Lauda Ieruſalem Dominum : lauda
Deum tuum Sion.
Quoniam cõfortauit ſeras portarum tua-
rum : benedixit filijs tuis in te.
Qui poſuit fines tuos pacem : & adipe
frumenti ſatiat te.
Qui emittit eloquium ſuum terræ : velo-
citer currit ſermo eius.
Qui dat niuem ſicut lanam : nebulam ſi-
cut cinerem ſpargit.
Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas :
ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit?
Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea :
flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ.
Qui annuntiat verbum ſuum Iacob : iu-
ſtitias & iudicia ſua Iſrael.
Non fecit taliter omni nationi : & iudicia
ſua nõ manifeſtauit eis. Gloria Patri, &c.
Ant.

Antiphona. Ecce Maria genuit nobis Saluatorem, quem Ioannes videns exclamauit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, alleluia.

Capitulum. Ecclesiast. 24.

AB initio, & ante sæcula creata sum: & vsque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatione sancta corã ipso ministraui. ℟. Deo gratias. Hymnus.

AVe maris stella,
Dei mater alma:
Atque semper virgo,
Felix cæli porta.
Sumens illud Aue,
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Euæ nomen.
Solue vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.
Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos,
Mites fac & castos.
Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Vt videntes Iesum,
Semper collætemur.
Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui sancto,
Tribus honor vnus. Amen.
℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.
Aña. Magnum hereditatis mysterium.

Canticum B. Mariæ virginis. Luc. 1.

MAgnificat: anima mea Dominum.
Et exultauit spiritus meus: in Deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna, qui potens est: & sanctum nomen eius.
Et misericordia eius à progenie in progenies:

nies : timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio ſuo : diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

Depoſuit potentes de ſede : & exaltauit humiles.

Eſurientes impleuit bonis : & diuites dimiſit inanes.

Suſcepit Iſrael puerum ſuum : recordatus miſericordiæ ſuæ.

Sicut locutus eſt ad patres noſtros : Abrahã, & ſemini eius in ſæcula. Gloria Patri.

Aña. Magnũ hereditatis myſteriũ : templũ Dei factus eſt vterus, neſciens virum : non eſt pollutus ex ea carnem aſſumens : omnes gentes venient, dicentes : Gloria tibi Dñe.

Kyrie eleiſ. Christe eleiſ. Kyrie eleiſon.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

Deus, qui ſalutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fęcũda, humano generi præmia præſtitiſti : tribue quæſumus : vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum : Qui tecum &c.

Pro Sanctis, Antiphona.

Sancti Dei omnes intercedere dignemini pro nostra, omniumq. salute. ℣. Lætamini in Domino, & exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Oremus.

PRotege Domine populum tuum, & Apostolorum tuorum Petri & Pauli, & aliorum Apostolorum patrocinio confidentem, perpetua defensione conserua.

OMnes sancti tui, quæsumus Domine, nos vbique adiuuent: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus, & pacem tuam nostris concede temporibus, & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam: iter, actus, & voluntates nostras, & omnium famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone, benefactoribus nostris sẽpiterna bona retribue, & omnibus fidelibus defunctis requiem æternam concede. Per Dñm nostrum.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Dño. ℟. Deo gratias.
℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei, requiescant in pace. ℟. Amen.

AD COMPLETORIVM.

Aue Maria.

C Onuerte nos Deus ſalutaris noſter.
℟. Et auerte iram tuam à nobis.
℣. Deus in adiutoriū meū intēde.
℟ Domine ad adiuuandum me feſtina.
G loria Patri, &c. Alleluia. Pſalmus 128.

S Æpè expugnauerunt me à iuuentute mea: dicat nunc Iſrael.

S æpè expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.

S upra dorſum meū fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem ſuam.

D ominus iuſtus concidit ceruices peccatorum: confundantur & conuertantur retrorſum omnes qui oderunt Sion.

F iant ſicut fęnum tectorum: quod priuſquam euellatur, exaruit.

D e quo nō impleuit manum ſuā qui metit: & ſinū ſuum qui manipulos colligit.

E t non dixerunt qui præteribant, Benedictio Dn̄i ſuper vos: benediximus vobis in nomine Dn̄i. G loria Patri. Pſal. 129.

D E profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem
deprecationis meæ.
Si iniquitates obſeruaueris Domine: Do-
mine, quis ſuſtinebit?
Quia apud te propitiatio eſt: & propter
legem tuam ſuſtinui te Domine.
Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſpera-
uit anima mea in Domino.
A cuſtodia matutina vſque ad noctem:
ſperet Iſrael in Domino.
Quia apud Dominum miſericordia: &
copioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniqui-
tatibus eius. Gloria Patri, &c. Pſal. 130.

Domine, non eſt exaltatũ cor meum:
neque elati ſunt oculi mei.
Neque ambulaui in magnis: neque in
mirabilibus ſuper me.
Si non humiliter ſentiebam: ſed exaltaui
animam meam.
Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua: ita
retributio in anima mea.
Speret Iſrael in Domino: ex hoc nunc &
vſque in ſæculum.
Gloria Patri, & Filio: &c. Hymnus.

MEmento ſalutis auctor,
Quòd noſtri quondam corporis,
Ex illibata Virgine
Naſcendo, formam ſumpſeris.
Maria mater gratiæ,
Mater miſericordiæ:
Tu nos ab hoſte protege,
Et hora mortis ſuſcipe.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

Capitulum. Eccleſiaſt. 24.

EGo mater pulchræ dilectionis, & timoris, & magnitudinis, & ſãctæ ſpei. ℟. Deo gratias. ℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix. ℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Aña. Magnum hereditatis myſterium.

Canticum Simeonis. Lucæ 2.

NVnc dimittis ſeruum tuũ Domine: ſecundùm verbum tuum in pace.
Quia viderunt oculi mei: ſalutare tuum
Quod paraſti: ante faciẽ oĩum populorũ.
Lumen ad reuelationem gẽtium: & gloriam

riam plebis tuæ Iſrael. Gloria Patri, &c.
Aña. Magnũ hereditatis myſteriũ: tẽplum Dei factus eſt vterus, neſciens virum: non eſt pollutus ex ea carnem aſſumẽs: omnes gentes venient, dicentes: Gloria tibi Dñe.
Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſ.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.
DEus, qui ſalutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fęcũda, humano generi præmia præſtitiſti: tribue quæſumus: vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum &c. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Dño. ℟. Deo gratias.
Benedictio. Benedicat & cuſtodiat nos omnipotens & miſericors Dominus: Pater, & Filius, & Spiritus ſãctus. ℟. Amen.
Deinde flexis genib' dicitur Antiphona, quæ habetur poſt Laudes. fol. 85. & dicto
℣. Diuinum auxilium. dicitur ſecretò.
Pater noſter. Aue Maria. & Credo.



OFFICIVM DEFVNCTORVM

Dicitur integrum cum Inuitatorio, & tribus Nocturnis, & Antiphonæ duplicãtur tam ad Vesperas, quàm ad Matutinum, in die omnium fidelium Defunctorum, in die Depositionis, & in Anniuersario alicuius Defuncti, cum vna tantùm Oratione, vt infra, & ad Vesp. omittitur Psal. Lauda anima mea. & ad Laudes. De profundis. reliquo anni tempore dicitur Officium, vt est notatum.

AD VESPERAS,

Absolutè incipitur.

Antiphona. Placebo Domino. Psal. 114.

Dilexi, quoniam exaudiet Dominus: vocem orationis meæ.

Quia inclinauit aurem suam mihi: & in diebus meis inuocabo.

Circumdederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.

Tribulationem, & dolorem inueni: & nomen Domini inuocaui.

O Domine libera animam meam: misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur.

Custodiens paruulos Dominus: humiliatus sum, & liberauit me.

Conuertere anima mea in requiē tuam: quia Dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animā meam de morte: oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.

Placebo Domino: in regione viuorum.

In fine omnium Psalmorum dicitur,

Requiem æternam: dona eis Domine.

Et lux perpetua: luceat eis.

Aña. Placebo Dño in regione viuorum.

Antiphona. Hei mihi. Psalmus 119.

AD Dominum cùm tribularer clamaui: & exaudiuit me.

Domine libera animā meam à labijs iniquis: & à lingua dolosá.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatorijs.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabant me gratis.

Requiem æternam: dona eis Domine.

Antiphona. Hei mihi Domine: quia incolatus meus prolongatus eſt.

Antiphona. Dominus. Pſalmus 120.

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino: qui fecit cælum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet, qui cuſtodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet: qui cuſtodit Iſrael.

Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua: ſuper manum dexteram tuam.

Per diem ſol non vret te: neque luna per noctem.

Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam Dominus.

Dominus cuſtodiat introitum tuum, &

exitum tuum: ex hoc nunc, & vſque in ſæculum. R equiem æternam &c.
Aña. Dominus cuſtodit te ab omni malo.
Antiphona. Si iniquitates. Pſalmus 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendẽtes: in vocem deprecationis meæ.

S i iniquitates obſeruaueris Domine: Domine, quis ſuſtinebit?

Q uia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.

S uſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſrael in Domino.

Q uia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

E t ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius.

R equiem æternam: dona eis Domine.

E t lux perpetua: luceat eis.

Antiphona. Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit?

Antiphona. Opera. Pſalmus 137.

COnfitebor tibi Dñe in toto corde meo: quoniã audiſti verba oris mei.
In conſpectu Angelorum pſallam tibi: adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo.
Super miſericordia tua, & veritate tua: quoniam magnificaſti ſuper omne, nomen ſanctum tuum.
In quacumque die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.
Confiteãtur tibi Dñe omnes reges terræ: quia audierunt omnia verba oris tui.
Et cantent in vijs Domini: quoniam magna eſt gloria Domini.
Quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit: & alta à longè cognoſcit.
Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me: & ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam, & ſaluum me fecit dextera tua.
Dominus retribuet pro me, Domine miſericordia tua in ſæculũ: opera manuum tuarum ne deſpicias.
Requiem æternam: dona eis Domine.
Et lux perpetua: luceat eis.

Aña.

Aña. Opera manuum tuarum Domine ne despicias. ℣. Audiui vocem de cælo dicentem mihi. ℟. Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Aña. Omne.

Canticum B. Mariæ virginis. Luc. 1.

MAgnificat: anima mea Dominum.
Et exultauit spiritus meus: in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est: & sanctum nomen eius.

Et misericordia eius à progenie in progenies: timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles.

Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum: recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros: Abraham, & semini eius in sæcula.

Re-

R equiem æternam. Antiphona.

Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eũ qui venit ad me, non ejjciam foras.

Preces infrascriptę in ferialibus diebus dicuntur flexis genibus. P ater noster. secr.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo. Psalmus 145.

L Auda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea: psallam Deo meo, quamdiu fuero.

N olite confidere in principibus, in filijs hominum: in quibus non est salus.

E xibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

B eatus, cuius Deꝰ Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius: qui fecit cælũ & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.

Q ui custodit veritatem in sæculum, facit iudicium iniuriam patientibus: dat escam esurientibus.

D ominus soluit compeditos: Dominus illuminat cæcos.

D ominus erigit elisos: Dñs diligit iustos.

D ñs custodit aduenas, pupillũ & viduam susci-

suscipiet: & vias peccatorum disperdet.
R. egnabit Dominus in sæcula, Deus tuus Sion: in generationem & generationem.
R. equiem æternam. ℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

O remus.

D Eus, qui inter Apostolicos sacerdotes famulos tuos pôtificali, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, vt eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

D Eus, veniæ largitor, & humanæ salutis amator: quæsumus clementiam tuam: vt nostræ congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas.

F Idelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarũ remissionem cuncto-

rum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerũt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam: dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua: luceat eis.
℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

AD MATVTINVM.

Dicitur sequens Inuitatorium in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum, & quoties dicuntur tres Nocturni, vt suprà: alijs verò temporibus omittitur, & inchoatur ab Antiphona Psalmorum Nocturni, & dicitur tantùm vnum Nocturn. cum suis Laudibus hoc ordine. Secunda & quinta feria primum Nocturnum. Tertia & sexta secundum Nocturnum. Quarta feria & Sabbato tertiũ Nocturnum. Inuitatorium. Regem, cui omnia viuunt, Venite adoremus. Et repetitur. Regem, cui omnia. Psal. 94.

VEnite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro: præoccupemus faciem eius in cõfessione, & in psalmis iubilemus ei. Regem, cui

omnia viuunt: Venite adoremus.
Quoniã Deus magnus Dominus, & rex magnus super omnes Deos: quoniam non repellet Dominus plebem suam: quia in manu eius sunt omnes fines terræ: & altitudines montium ipse conspicit.
Venite adoremus.
Quoniã ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridam fundauerũt manus eius: venite adoremus, & procidamus ante Deum: ploremus coram Domino, qui fecit nos: quia ipse est Dominus Deus noster: nos autem populus eius, & oues pascuæ eius.
Regem, cui omnia viuunt: Venite adoremus.
Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundùm diem tentationis in deserto: vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt, & viderunt opera mea.
Venite adoremus.
Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi, Semper hi errãt corde: ipsi verò non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, si introibunt in

re-

requiem meam. R egem, cui omnia viuunt: Venite adoremus.
R equiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.
V enite adoremus. R egem, cui omnia viuunt. V enite adoremus.

IN PRIMO NOCTVRNO.

Pro feria secunda, & quinta.

Antiphona. Dirige. Psalmus 5.

V Erba mea auribus percipe Domine: intellige clamorem meum.
I ntende voci orationis meæ: rex meus, & Deus meus.
Quoniam ad te orabo: Domine, mane exaudies vocem meam.
M ane aſtabo tibi, & videbo: quoniam nō Deus volens iniquitatem tu es.
Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos.
O diſti omnes, qui operātur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mēdacium.
V irum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus: ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ.
I ntroibo in domum tuam: adorabo ad

templum sanctum tuum in timore tuo.
Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viam meam.
Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.
Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant: iudica illos Deus.
Decidant à cogitationibus suis, secundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te Domine.
Et lætentur omnes, qui sperant in te: in æternum exultabunt, & habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniã tu bendices iusto.
Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ: coronasti nos. Requiem æternam.
Antiphona. Dirige Domine Deus meus: in conspectu tuo viam meam.
Aña. Conuertere ~~Domine~~. Psalmus 6.
Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
Miserere mei Domine, quoniã infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

catum meum ſcruteris? Et ſcias quia nihil impium fecerim, cùm ſit nemo, qui de manu tua poſſit eruere.
℟. Qui Lazarũ reſuſcitaſti à monumento fetidum. Tu eis Dñe dona requiem, & locũ indulgentiæ. ℣. Qui venturus es iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Tu eis Domine dona requiem, & locum indulgentiæ. Lectio iij. Iob 10.

MAnus tuæ D[illegible] fecerũt me, & plaſmauerũt me totũ in circuitu: & ſic repentè præcipitas me? Memento quæſo, ꝙ ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. Nonnè ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeũ me coagulaſti? Pelle & carnibus veſtiſti me: oſſibus & neruis cõpegiſti me: vitã & miſericordiã tribuiſti mihi: & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.
℟. Dñe, quando veneris iudicare terram, vbi me abſcondam à vultu iræ tuæ? Quia peccaui nimis in vita mea. ℣. Commiſſa mea paueſco, & ante te erubeſco: dum veneris iudicare, noli me cõdemnare: Quia peccaui nimis in vita mea. ℣ Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua

luceat eis. Quia peccaui nimis in vita mea.

Postea ad Laudes, vt infra. fol. 116.

IN SECVNDO NOCTVRNO.

Pro feria tertia, & sexta.

Antiphona. In loco pascuæ. Psalm. 22.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit.

Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.

Deduxit me super semitas iustitiæ: propter nomen suum.

Nam etsi ambulauero in medio vmbræ mortis: non timebo mala, quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus: ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos, qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians, quàm præclarus est!

Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vitæ meæ.

Et vt inhabitẽ in domo Domini: in longitudinem dierum. Requiem æternam.

Aña.

Aña. In loco paſcuæ ibi me collocauit.
Aña. Delicta. Pſalmus 24.
AD te Dñe leuaui animā meam: Deus meus in te confido, non erubeſcam.
Neque irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi, qui ſuſtinēt te, nō cōfundentur.
Confundantur omnes iniqua agentes: ſuperuacue.
Vias tuas Domine demonſtra mihi: & ſemitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus ſaluator meus, & te ſuſtinui tota die.
Reminiſcere miſerationum tuarum Domine: & miſericordiarum tuarum, quæ à ſæculo ſunt.
Delicta iuuentutis meæ: & ignorantias meas ne memineris.
Secundùm miſericordiam tuam memēto mei tu: propter bonitatem tuam Domine.
Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.
Diriget manſuetos in iudicio: docebit mites vias ſuas.
Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veri-

veritas : requirentibus teſtamentum eius, & teſtimonia eius.

Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum eſt enim.

Quis eſt homo, qui timet Dominum? legem ſtatuit ei in via, quam elegit.

Anima eius in bonis demorabitur : & ſemen eius hereditabit terram.

Firmamentum eſt Dñs timẽtibus eum: & teſtamentum ipſius, vt manifeſtetur illis.

Oculi mei ſemper ad Dominum : quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos.

Reſpice in me, & miſerere mei: quia vnicus, & pauper ſum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt: de neceſſitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte vniuerſa delicta mea.

Reſpice inimicos meos, quoniam multiplicati ſunt : & odio iniquo oderunt me.

Cuſtodi animam meam, & erue me: non erubeſcam, quoniam ſperaui in te.

Innocentes & recti adhæſerunt mihi : quia ſuſtinui te.

Libera Deus Iſrael : ex omnibus tribula-

tionibus ſuis. R equiem æternam.
Antiphona. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris Domine.
Antiphona. Credo videre. Pſalmus 26.
D Ominus illuminatio mea, & ſalus mea: quem timebo?
D ominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo?
D um appropiant ſuper me nocentes: vt edant carnes meas.
Q ui tribulant me inimici mei: ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt.
S i conſiſtant aduerſum me caſtra: non timebit cor meum.
S i exurgat aduerſum me prælium: in hoc ego ſperabo.
V nam petij à Domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.
V t videam voluptatem Domini: & viſitem templum eius.
Q uoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo: in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.
I n petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput

caput meum ſuper inimicos meos.
Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis: cantabo, & pſalmum dicam Domino.
Exaudi Domine vocem meam, qua clamaui ad te: miſerere mei, & exaudi me.
Tibi dixit cor meum, Exquiſiuit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.
Ne auertas faciem tuam à me: ne declines in ira à ſeruo tuo.
Adiutor meus eſto, ne derelinquas me: neque deſpicias me Deus ſalutaris meus.
Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me: Dñs autem aſſumpſit me.
Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in ſemitam rectam, propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.
Credo videre bona Domini: in terra viuentium.
Expecta Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.
Requiem æternam.

Aña.

Antiphona. Credo videre bona Domini in terra viuentium.

℣. Collocet eos Dominus cũ principibus.
℟. Cum principibus populi sui.
Pater noster. totum secretò.

Lectio quarta. Iob 13.

RESponde mihi: quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea, & delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? Contra folium, quod vento rapitur ostẽdis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum, quod comeditur à tinea. ℟. Memento mei Deus, quia ventus est vita mea: Nec aspiciat me visus hominis. ℣. De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam. Nec aspiciat me visus hominis.

Lectio v. Iob 14.

Homo

HOmo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & numquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos: & adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonnè tu, qui solus es? Breues dies hominis sunt: numerus mensium eius apud te est; constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Recede paululum ab eo, vt quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarij dies eius.

℟. Hei mihi Domine, quia peccaui nimis in vita mea: quid faciã miser? vbi fugiam nisi ad te Deus meus? Miserere mei, dum veneris in nouissimo die. ℣. Anima mea turbata est valdè, sed tu Domine succurre ei. Miserere mei, dum veneris in nouissimo die.

Lectio vj. Iob 14.

QVis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus, in quo recorderis mei?

Pu-

Putasnè mortuus homo rurſum viuat? cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego reſpondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem greſſus meos dinumeraſti, ſed parce peccatis meis.

℞. Ne recorderis peccata mea Domine: Dum veneris iudicare ſæculũ per ignem.

℣. Dirige Domine Deus meus in conſpectu tuo viam meam. Dum veneris iudicare ſæculum per ignem.

℣. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. Dum veneris iudicare ſæculum per ignem.

Poſtea ad Laudes, vt infra. fol. 116.

IN TERTIO NOCTVRNO.

Pro feria quarta & Sabbato.

Antiphona. Complaceat. Pſalmus 39.

EXpectans expectaui Dominum: & intendit mihi.

Et exaudiuit preces meas: & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fęcis.

Et ſtatuit ſuper petram pedes meos: & direxit greſſus meos.

Et immiſit in os meum canticum nouum: carmen Deo noſtro.

Videbunt multi, & timebunt: & ſperabunt in Domino.

Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius: & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas.

Multa feciſti tu Domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.

Annuntiaui, & locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum.

Sacrificium & oblationem noluiſti: aures autem perfeciſti mihi.

Holocauſtum, & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi, Ecce venio.

In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.

Annuntiaui iuſtitiam tuam in Eccleſia magna: ecce labia mea non prohibebo, Domine tu ſciſti.

Iuſtitiã tuam non abſcondi in corde meo: veritatem tuam, & ſalutare tuum dixi.

Non abſcondi miſericordiam tuam, &

veritatem tuam: à concilio multo.
Tu autem Domine ne longè facias miserationes tuas à me: misericordia tua, & veritas tua semper susceperunt me.
Quoniã circumdederunt me mala, quorũ non est numerus: cõprehenderũt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.
Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi Domine vt eruas me: Domine ad adiuuandum me respice.
Confundantur, & reuereãtur simul, qui quærunt animam meam: vt auferant eam.
Conuertãtur retrorsum, & reuereantur: qui volunt mihi mala.
Ferant confestim confusionem suam: qui dicunt mihi, Euge, euge.
Exultent, & lætẽtur super te omnes quærentes te: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.
Ego autem mendicus sum, & pauper: Dominus sollicitus est mei.
Adiutor meus, & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris. Requiem &c.
Antiphona. Cõplaceat tibi Domine: vt

eruas me: Domine ad adiuuandum me respice. Antiphona. Sana Dñe. Psal. 40.
BEatus, qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.
Dominus conseruet eũ, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius.
Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.
Ego dixi, Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur, & peribit nomen eius?
Et si ingrediebatr, vt videret, vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatẽ sibi.
Egrediebatur foras: & loquebatur in idipsum.
Aduersum me susurrabãt omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.
Verbum iniquum constituerunt aduersum me: numquid qui dormit, non adijciet vt resurgat?
Etenim homo pacis meæ, in quo speraui:
qui

qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.
Tu autem Domine miserere mei: & resuscita me, & retribuam eis.
In hoc cognoui, quoniã voluisti me: quoniã nõ gaudebit inimicus meus super me.
Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.
Benedictus Dñs Deus Israel à sæculo, & vsque in sæculum: fiat, fiat. Requiem &c.
Antiphona. Sana Domine animam meã, quia peccaui tibi.
Antiphona. Sitiuit. Psalmus 41.
QVemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.
Sitiuit anima mea ad Deum fortẽ viuum: quãdo veniã, & apparebo ante faciẽ Dei?
Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus?
Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: quoniã trãsibo in locũ tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei.

In voce exultationis, & confeſſionis: ſonus epulantis.

Quare triſtis es anima mea: & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc cõfitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus.

Ad meipſum anima mea conturbata eſt: propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonijm, à monte modico.

Abyſſus abyſſum inuocat: in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelſa tua & fluctus tui: ſuper me tranſierunt.

In die mãdauit Dominus miſericordiam ſuam: & nocte canticum eius.

Apud me oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo, Suſceptor meus es.

Quare oblitus es mei? & quare contriſtatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum cõfringũtur oſſa mea: exprobrauerunt mihi, qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per ſingulos dies, Vbi eſt Deus tuus? quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc cõfitebor

illi:

illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus.
R equiem æternam &c. Antiphona.
Sitiuit anima mea ad Deũ viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dñi?
℣. Ne tradas beſtijs animas confitẽtes tibi.
℟. Et animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem. P ater noſter.
totum ſecretò. Lectio vij. Iob 17.

S Piritus me⁹ attenuabitur, dies mei breuiabũtur, & ſolũ mihi supereſt ſepulchrum. Nõ peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me Dñe, & pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me. Dies mei tranſierunt, cogitationes meæ diſſipatæ ſunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, & rurſum poſt tenebras ſperò lucem. Si ſuſtinuero, infernus domus mea eſt, & in tenebris ſtraui lectulũ meũ. Putredini dixi, Pater me⁹ es, mater mea, & ſoror mea vermibus. Vbi eſt ergo nũc præſtolatio mea, & patientia mea? Tu es Dñe Deus meus.
℟. Peccantẽ me quotidie, & non me pœnitentẽ, timor mortis conturbat me: Q uia in inferno nulla eſt redemptio, miſerere

mei Deus, & ſalua me. ℣. Deus in nomine tuo ſaluum me fac, & in virtute tua libera me. Quia in inferno nulla eſt redẽptio, miſerere mei Deus, & ſalua me.

Lectio viij. Iob 19.

PElli meæ, conſumptis carnibus adhæſit os meum: & derelicta ſunt tantum modò labia circa dentes meos. Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini? Quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei? quis mihi det, vt exarentur in libro ſtylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte ſculpantur in ſilice? Scio enim quòd redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum: & rurſum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum. Quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius: repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. ℟. Domine ſecundùm actũ meum noli me iudicare: nihil dignum in conſpectu tuo egi: ideò deprecor maieſtatem tuam, Vt tu Deus

deleas

deleas iniquitatem meam. ℣. Amplius lauame Domine ab iniuſtitia mea:& à delicto meo munda me. Vt tu Deus deleas iniquitatem meam. Lectio ix. Iob 10.

QVare de vulua eduxiſti me? Qui vtinam conſumptus eſſem, ne oculus me videret. Fuiſſem quaſi non eſſem, de vtero translatus ad tumulum: Numquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Dimitte me ergo, vt plangam paululum dolorē meum: antequam vadam, & non reuertar, ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine: terram miſeriæ, & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. ℟. Libera me Domine de vijs inferni, qui portas æreas confregiſti, & viſitaſti infernum, & dediſti eis lumen, vt viderent te. Qui erant in pœnis tenebrarum. ℣. Clamantes, & dicentes: aduenisti redemptor noſter. Qui erant in pęnis tenebrarum. ℣. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis: Qui erant in pœnis tenebrarum.

Et dicitur ſemper in feriali Officio.

Sequens Responsorium dicitur solùm in die Defunctorum, & quando dicuntur tres Nocturni, vt supra.

℟. Libera me Domine de morte æterna, in die illa tremenda. Quando cæli mouendi sunt, & terra: Dum veneris iudicare sæculum per ignem. ℣. Tremens factus sum ego, & timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira. Quando cæli mouendi sunt, & terra. ℣. Dies illa, dies iræ, calamitatis & miseriæ, dies magna, & amara valdè. Dum veneris iudicare sæculum per ignem. ℣. Requiẽ æternã dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. Libera me Domine de morte æterna, in die illa tremenda: quando cæli mouendi sunt, & terra: dum veneris iudicare sæculum per ignem.

AD LAVDES.

Aña. Exultabunt Domino. Psalmus 50.

MIserere mei Deus: secundùm magnam misericordiam tuam.

Et secundùm multitudinẽ miserationum tuarum: dele iniquitatẽ meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: & à

peccato meo munda me.
Quoniam iniquitaté meã ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.
Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus cõceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.
Aſperges me hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.
Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.
Ne proijcias me à facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.
Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.
Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſa-

lutis meæ : & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine labia mea aperies : & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtique: holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.

Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Ierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitię, oblationes, & holocausta: tunc inponent super altare tuum vitulos. Requiem æternam.

Aña. Exultabũt Domino ossa humiliata.

Aña. Exaudi Domine. Psalmus 64.

TE decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Ierusalem.

Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorũ præualuerunt super nos: & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus quem elegisti, & assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ: sanctũ

est

eſt templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter : ſpes omnium finium terræ, & in mari longè.

Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia : qui conturbas profundum maris, ſonum fluctuum eius.

Turbabuntur gẽtes, & timebunt qui habitant terminos à ſignis tuis : exitus matutini, & veſpere delectabis.

Viſitaſti terram, & inebriaſti eam: multiplicaſti locupletare eam.

Flumen Dei repletum eſt aquis: paraſti cibum illorũ, quoniã ita eſt præparatio eius.

Riuos eius inebria, multiplica genimina eius: in ſtillicidijs eius lætabitur germinãs.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur vbertate.

Pingueſcent ſpecioſa deſerti: & exultatione colles accingentur.

Induti ſunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento : clamabunt, etenim hymnum dicent.

Requiem æternam. &c.

Antiphona. Exaudi Domine orationem meam, ad te omnis caro veniet.

Antiphona. Me suscepit. Psalmus 62.
DEus Deus meus: ad te de luce vigilo.
Sitiuit in te anima mea: quàm multipliciter tibi caro mea.
In terra deserta, & inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.
Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultationis laudabit os meum.
Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.
Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meã: introibunt in inferiora terræ, tradẽtur in manus gladij, partes vulpiũ erunt.
Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obstructus

eſt os loquentium iniqua. Pſalmus 66.

DEus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.

Vt cognoſcamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus ſalutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: cõfiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate: & gentes in terra dirigis.

Confiteãtur tibi populi Deus, cõfiteantur tibi populi oẽs: terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ. R equiem æternam &c.

Aña. Me ſuſcepit dextera tua Domine.

Antiphona. A porta inferi.

Canticum Ezechiæ. Iſa. 38.

EGo dixi, In dimidio dierũ meorum: vadam ad portas inferi.

Quæſiui reſiduũ annorũ meorum: dixi, Non videbo Dñm Deũ in terra viuentiũ.

Non aſpiciam hominem vltra: & habitatorem quietis.

Gene-

Generatio mea ablata est: & conuoluta est à me, quasi tabernaculum pastorum.
Præcisa est velut à texente vita mea, dum adhuc ordirer, succidit me: de mane vsq; ad vesperam finies me.
Sperabam vsque ad mane: quasi leo sic contriuit omnia ossa mea.
De mane vsque ad vesperam finies me: sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor vt columba.
Attenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelsum.
Domine vim patior, responde pro me: quid dicam, aut quid respondebit mihi, cùm ipse fecerit?
Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine animæ meæ.
Domine si sic viuitur, & in talibus vita spiritus mei corripies me, & viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima.
Tu autem eruisti animam meam, vt non periret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.
Quia nõ infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabũt, qui descen-

ſcendunt in lacum, veritatem tuam.
Viuens viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuam.
Domine ſaluũ me fac: & pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vitæ noſtræ in domo Domini. Requiem æternam &c.
Aña. A porta inferi, erue Dñe aĩam meã.
Aña. Omnis ſpiritus. Pſalmus 148.
LAudate Dominum de cælis: laudate eum in excelſis.
Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.
Laudate eum ſol & luna: laudate eum omnes ſtellæ & lumen.
Laudate eum cæli cælorum: & aquæ oẽs, quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomẽ Dñi.
Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt.
Statuit ea in æternũ, & in ſæculum ſæculi: præceptum poſuit, & non præteribit.
Laudate Dominum de terra: dracones, & omnes abyſſi.
Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius.

Montes & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestiæ, & vniuersa pecora: serpentes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi: principes, & omnes iudices terræ.

Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen eius solius.

Confessio eius super cælum & terram: & exaltauit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sãctis eius: filijs Israel, populo appropinquanti sibi. Psalm. 149.

CAntate Domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit eum: & filij Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro: in tympano & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo: & exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium conſcriptum: gloria hæc eſt oĩbus ſanctis eius. Pſal. 150.

LAudate Dominũ in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eũ ſecũdũ multitudinẽ magnitudinis eius.

Laudate eum in ſono tubæ: laudate eum in pſalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis beneſonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet Dñm. Requiem.

Añа. Omnis ſpũs laudet Dñm. ℣. Audiui vocẽ de cælo, dicentẽ mihi. ℟. Beati mortui, qui in Dño moriũtur. Aña. Ego ſum.

Canticum Zachariæ. Lucæ 1.

BEnedictus Dñs Deus Iſrael: quia viſitauit, & fecit redemptionẽ plebis ſuæ.

Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo Dauid pueri ſui.

Sicut locutus eſt per os ſanctorum: qui à ſæculo ſunt, prophetarum eius.

Salutem ex inimicis noſtris: & de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciēdam miſericordiā cum patribus noſtris: & memorari teſtamenti ſui ſancti.

Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum: daturum ſe nobis.

Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati: ſeruiamus illi.

In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo: omnibus diebus noſtris.

Et tu puer, ꝓpheta Altiſſimi vocaberis: pꝛæibis enim ante faciē Dñi, parare vias eius.

Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius: in remiſſionem peccatorum eorum.

Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri: in quibus viſitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent: ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. Requiē æternam &c.

Antiphona. Ego ſum reſurrectio, & vita: qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum.

Preces infraſcriptę in ferialibus diebus dicuntur flexis genibus. Pater noſter. ſecr.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo. Pſalmus 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendẽtes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſeruaueris Domine: Domine, quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſrael in Domino.

Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius. Requiem æternam &c.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animas eorum.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

DEus, qui inter Apoſtolicos ſacerdotes famulos tuos põtificali, ſeu ſacerdotali feciſti dignitate vigere: præſta quæſumus, vt eorum quoque perpetuo aggregentur conſortio.

DEus, veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator: quæſumus clementiam tuam: vt noſtræ congregations fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, beata Maria ſemper virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium peruenire concedas.

FIdelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarũ remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam ſemper optauerũt, pijs ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam: dona eis Domine.

℟. Et lux perpetua: luceat eis.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

In die commemorationis omnium fidelium Defunctorum dicitur Oratio.

Fide-

FIdeliũ Deus omniũ. vt sup. Et in fine. Qui viuis & regnas cũ Deo Patre in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam. vt supra.

In die obitus Defuncti, vel Defunctæ.

Oratio.

ABsolue, quæsumus Dñe, animã famuli tui, vel (famulæ tuę) N. vt defunctus, vel (defuncta) sæculo, tibi viuat: & quæ per fragilitatẽ carnis humana conuersatione peccata commisit: tu venia misericordissimę pietatis absterge. Per Dñm.

Pro defuncto Episcopo. Oratio.

DEus, qui inter Apostolicos sacerdotes famulũ tuũ N. pontificali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus: vt eorum quoque perpetuo aggregetur cõsortio. Per Dominum.

Pro defuncto Sacerdote. Oratio.

DEus, qui inter Apostolicos sacerdotes famulum tuum N. sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus: vt eorum quoque perpetuo aggregetur cõsortio. Per Dominum.

Pro patre defuncto. Oratio.

DEus, q̃ nos patrẽ honorare p̃cepisti: miserere clemẽter animæ patris mei, eiusque peccata dimitte, meque eũ in ęternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dñm.

Pro matre defuncta. Oratio.

DEus, qui nos matrẽ honorare p̃cepisti: miserere clemẽter animæ matris meæ, eiusque peccata dimitte, meque eam in æternę claritatis gaudio fac videre. Per.

Pro patre & matre. Oratio.

DEus, q̃ nos patrẽ & matrẽ honorare p̃cepisti: miserere clemẽter aĩabus patris & matris meæ, eorũq. peccata dimitte, meq. eos in æternę claritatis gaudio fac videre. Per. Pro vno defuncto. Oratio.

INclina Dñe aurẽ tuã ad preces nostras, q̃bus misericordiã tuã supplices deprecamur: vt animã famuli tui, quã de hoc sæculo migrare iussisti, ĩ pacis ac lucis regione constituas, & sanctorũ tuorũ iubeas esse cõsortem. Per. Pro vna defuncta. Orõ.

QVæsumus Domine pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ, & à cõtagijs mortalitatis exutã, in æternæ saluationis

tionis partem restitue. Per Dominum.

In anniuersario die.

DEus indulgētiarum Dñe, da animabus famulorũ famularumq. tuarũ, quorũ anniuersariũ depositionis diē commemoramus, refrigerij sedē, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Dñm.

Si pro vno tãtùm fit Anniuersarium, dicatur in singulari numero.

Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus. Oratio.

DEus, veniæ largitor, & humanę salutis amator: q̃sumus clemētiam tuã: vt nostræ cõgregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierũt, beata Maria sēpervirgine intercedēte, cũ oĩbus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire cõcedas. Per.

Pro defunctis generaliter. Oratio.

FIdeliũ Deus omniũ conditor & redēptor, animabus famulorũ famularũq. tuarũ remissionē cũctorũ tribue peccatorũ: vt indulgentiã, quã semper optauerũt, pijs supplicationibus cõsequant̄. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorũ. ℟. Amen.

PSALMI GRADVALES.

Primi quinque Psalmi dicuntur sine Gloria Patri, &c. & in fine vltimi dicitur Requiem æternam &c.

Incipitur absolutè sine Aña. Psalm. 119.

AD Dominum cùm tribularer clamaui: & exaudiuit me.

Domine libera animam meam à labijs iniquis: & à lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatorijs.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabât me gratis.

Psalmus 120.

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino: qui fecit cælum & terram.

Non det in cõmotionem pedem tuum: neque dormitet qui cuſtodit te.

Ecce nõ dormitabit, neque dormiet: qui cuſtodit Iſrael.

Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua: ſuper manum dexteram tuam.

Per diem ſol non vret te: neque luna per noctem.

Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam Dominus.

Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc & vſque in ſæculum.

Pſalmus 121.

LÆtatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes noſtri: in atrijs tuis Ieruſalem.

Ieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipſum.

Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus Domini: teſtimonium Iſrael ad confitendum nomini Domini.

Quia illic ſederunt ſedes in iudicio: ſedes

ſuper

ſuper domum Dauid.

R ogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem: & abundantia diligentibus te.

F iat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

P ropter fratres meos, & proximos meos: loquebar pacem de te.

P ropter domũ Domini Dei noſtri: quæſiui bona tibi.

Pſalmus 122.

A D te leuaui oculos meos: qui habitas in cælis.

E cce ſicut oculi ſeruorum: in manibus dominorum ſuorum.

S icut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.

M iſerere noſtri Domine, miſerere noſtri: quia multum repleti ſumus deſpectione.

Q uia multum repleta eſt anima noſtra: opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.

Pſalmus 123.

N Iſi quia Dñs erat in nobis, dicat nũc Iſrael: niſi quia Dñs erat in nobis.

C ũm exurgerent homines in nos: fortè viuos deglutiſſent nos.

Cùm irascerετur furor eorum in nos: forsitan aqua absorbuisset nos.
Torrentem pertransiuit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.
Benedictus Dominus: qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.
Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantium.
Laqueus contritus est: & nos liberati sumus.
Adiutorium nostrum in nomine Domini: qui fecit cælum & terram.
Requiem æternam: dona eis Domine.
Deinde dr̄ flexis genibus. Kyrie eleison. Christe eleis. Kyrie eleis. Pater nr̄. secr.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.
ABsolue, quæsumus Dn̄e, animas famulorum famularumq. tuarum, & omnium fidelium defunctorum, ab omni

vinculo delictorum : vt in resurrectionis gloria inter sanctos & electos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Dicta Oratione, statim dicũtur alij Psalmi Graduales, qui sequunt: & in fine cuiuslibet Psalmi dicitur Gloria Patri. Ps. 124.

QVi confidunt in Domino, sicut mõs Sion : non commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem.

Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui : ex hoc nunc, & vsque in sæculum.

Quia nõ relinquet Dñs virgam peccatorum super sortem iustorum : vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac Domine bonis: & rectis corde.

Declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem: pax super Israel. Gloria. Psal. 125.

IN conuertendo Dominus captiuitatem Sion : facti sumus sicut consolati.

Tunc repletum est gaudio os nostrum : & lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gentes : Magnificauit Do-

Dominus facere cum eis.

Magnificauit Dominus facere nobiſcum: facti ſumus lætantes.

Conuerte Domine captiuitaté noſtram: ſicut torrens in Auſtro.

Qui ſeminant in lacrymis: in exultatione metent.

Euntes ibāt & flebāt: mittētes ſemina ſua.

Venientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos ſuos.

Gloria Patri, &c.

Pſalmus 126.

NIſi Dominus ædificauerit domum: in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.

Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hereditas Dñi, filij; merces, fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filij excuſſorum.

Beatus vir, qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur cùm loquetur

ini-

inimicis suis in porta. Gloria. Psal. 127.

BEati omnes qui timent Dominum: qui ambulant in vijs eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua sicut vitis abundãs: in lateribus domus tuæ.

Filij tui sicut nouellæ oliuarum: in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo: qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dñs ex Sion: & videas bona Ierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem super Israel. Gloria Patri, &c. Psal. 128.

SÆpè expugnauerunt me à iuuentute mea: dicat nunc Israel.

Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.

Supra dorsum meũ fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.

Dominus iustus concidit ceruices peccatorum: confundantur & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion.

Fiant sicut fęnum tectorum: quod priusquam

quam euellatur, exaruit.

De quo nō impleuit manum suā qui metit: & sinū suum qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui præteribant, Benedictio Dñi super vos: benediximus vobis in nomine Domini. Gloria Patri, &c.

Deinde flexis genibus dicitur Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie eleis. Pater nr̄. secr.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Memento congregationis tuæ.

℟. Quam possedisti ab initio.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DEus, cui proprium est misereri semper, & parcere: suscipe deprecationē nostram: vt nos & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absoluat. Per Christum Dominū nostrum. ℟. Amen.

Deinde absolutè, vt supra dicuntur alij Psalmi Graduales, qui sequuntur: & in fine cuiuslibet Psalmi dicitur Gloria Patri, & Filio: &c.

Psalmus 129.

De

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.
Si iniquitates obſeruaueris Domine: Domine, quis ſuſtinebit?
Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.
Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Domino.
A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſrael in Domino.
Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria Patri, &c. Pſal. 130.

DOmine, non eſt exaltatũ cor meum: neque elati ſunt oculi mei.
Neque ambulaui in magnis: neque in mirabilibus ſuper me.
Si non humiliter ſentiebam: ſed exaltaui animam meam.
Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua: ita retributio in anima mea.
Speret Iſrael in Domino: ex hoc nunc & vſque

vſque in ſæculũ. Gloria Patri. Pſal. 131.

MEmento Domine Dauid: & omnis manſuetudinis eius.

Sicut iurauit Domino: votum vouit Deo Iacob.

Si introiero in tabernaculũ domus meæ: ſi aſcendero in lectum ſtrati mei.

Si dedero ſomnum oculis meis: & palpebris meis dormitationem.

Et requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino: tabernaculum Deo Iacob.

Ecce audiuimus eam in Ephrata: inuenimus eam in campis ſiluæ.

Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius.

Surge Domine in requiem tuam: tu & arca ſanctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur iuſtitiam: & ſancti tui exultent.

Propter Dauid ſeruum tuum: non auertas faciem Chriſti tui.

Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

Si cuſtodierint filij tui teſtamentũ meum: & teſtimonia mea hæc, quæ docebo eos.

Et filij eorum vſque in ſæculum: ſedebunt ſuper ſedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in habitationem ſibi.

Hæc requies mea in ſæculum ſæculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.

Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius ſaturabo panibus.

Sacerdotes eius induam ſalutari: & ſancti eius exultatione exultabunt.

Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Chriſto meo.

Inimicos eius induam confuſione: ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.

Gloria Patri, &c.

Pſalmus 132.

ECce quàm bonum, & quàm iucundum: habitare fratres in vnum.

Sicut vnguentum in capite quod deſcendit in barbam, barbam Aaron.

Quod deſcendit in oram veſtimẽti eius: ſicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion.

Quoniam illic mãdauit Dominus benedictio-

dictionem: & vitam vſque in ſæculum.
Gloria Patri, &c. Pſalmus 133.
ECce nunc benedicite Dominum: omnes ſerui Domini.
Qui ſtatis in domo Domini: in atrijs domus Dei noſtri.
In noctibus extollite manus veſtras in ſãcta: & benedicite Dominum.
Benedicat te Dominus ex Sion: qui fecit cælum & terram. Gloria Patri, &c.
Deinde flexis genibus dicitur Kyrie eleiſ.
Christe eleiſon. Kyrie eleiſon.
Pater noſter. ſecretò.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Saluos fac ſeruos tuos.
℟. Deus meus ſperantes in te.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
Oremus.
PRætende Domine famulis, & famulabus tuis dexteram cæleſtis auxilij: vt te toto corde perquirãt, & quæ dignè poſtulant, conſequi mereantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.



SEPTEM PSALMI POENITENTIALES,

Cum Litanijs dicuntur flexis genibus.

Antiphona. Ne reminiſcaris. Pſalmus 6.

DOmine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum: ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt valdè: ſed tu Domine vſquequò?

Conuertere Domine, & eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.

Quoniam nō eſt in morte, qui memor ſit tui: in inferno autē quis confitebitur tibi?

Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lacrymis meis ſtratum meum rigabo.

Turbatus eſt à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit Dñs deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur, & erubescant valdè velociter.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 31.

BEati, quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui inueterauerũt ossa mea: dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cognitũ tibi feci: & iniustitiam meam non abscondi.

Dixi, Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tẽpore opportuno.

Verumtamen in diluuio aquarum multarum : ad eum non approximabunt.
Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me: exultatio mea, erue me à circumdantibus me.
Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris : firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus & mulus : quibus non est intellectus.
In camo & fræno maxillas eorum constringe : qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris: sperantē autem in Domino misericordia circumdabit.
Lætamini in Domino, & exultate iusti : & gloriamini omnes recti corde.
Gloria Patri, &c. Psalmus 37.
Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi : & confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ : non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.
Quoniā iniquitates meæ supergressæ sūt

caput meum : & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.

P utruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ : à facie inſipientiæ meæ.

M iſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem : tota die cõtriſtatus ingrediebar.

Q uoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus : & non eſt ſanitas in carne mea.

A fflictus ſum, & humiliatus ſum nimis : rugiebam à gemitu cordis mei.

D omine ante te omne deſideriũ meum : & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

C or meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea : & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.

A mici mei, & proximi mei: aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt.

E t qui iuxta me erant, de longè ſteterunt: & vim faciebant, qui quærebant animam meam.

E t qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates : & dolos tota die meditabantur.

E go autem tamquam ſurdus non audiebam : & ſicut mutus nõ aperiens os ſuum.

E t factus ſum ſicut homo non audiens

& non habens in ore ſuo redargutiones.
Q uoniã in te Domine ſperaui: tu exaudies me, Domine Deus meus.
Q uia dixi, Nequãdo ſupergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.
Q uoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu meo ſemper.
Q uoniam iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo.
I nimici autem mei viuunt, & confirmati ſunt ſuper me: & multiplicati ſunt, qui oderunt me iniquè.
Q ui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam ſequebar bonitatem.
N e derelinquas me, Domine Deus meus: ne diſceſſeris à me.
I ntende in adiutorium meum: Dñe Deus ſalutis meæ. G loria Patri. Pſalmus 50.
M Iſerere mei Deus: ſecundùm magnam miſericordiam tuam.
E t ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum: dele iniquitatem meam.
A mplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.
Q uo-

Quoniam iniquitatẽ meã ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus cõceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.

Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.

Ne proijcias me à facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.

Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea iu-

ſtitiam

ſtitiam meam.

Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis.

Sacrificiũ Deo ſpiritus contribulatus: cor contritũ & humiliatũ Deus non deſpicies.

Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Ieruſalem.

Tunc acceptabis ſacrificiũ iuſtitiæ, oblationes, & holocauſta: tunc imponẽt ſuper altare tuum vitulos.

Gloria Patri, &c.

Pſalmus 101.

Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciẽ tuam à me: in quacumque die tribulor inclina ad me aurẽ tuam.

In quacumque die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: & oſſa mea ſicut cremium aruerunt.

Percuſſus ſum vt fęnũ, & aruit cor meũ: quia oblitus ſum comedere panẽ meum.

A voce gemitus mei: adhæſit os meum carni meæ.

Similis factus sum pellicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.

Vigilaui: & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduerſum me iurabant.

Quia cinerem tamquam panem manducabam: & potum meum cum fletu miſcebam.

A facie iræ & indignationis tuæ: quia eleuans alliſiſti me.

Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: & ego ſicut fœnum arui.

Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generationem & generationem.

Tu exurgens miſereberis Sion: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius: & terræ eius miſerebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum Domine: & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria ſua.

Respexit in orationem humilium: & non spreuit precem eorum.
Scribantur hæc in generatione altera: & populus qui creabitur, laudabit Dominũ.
Quia prospexit de excelso sancto suo: Dominus de cælo in terram aspexit.
Vt audiret gemitus compeditorum: vt solueret filios interemptorum.
Vt annuntient in Sion nomen Domini: & laudem eius in Ierusalem.
In conueniendo populos in vnum: & reges vt seruiant Domino.
Respondit ei in via virtutis suæ: paucitatem dierum meorum nuntia mihi.
Ne reuoces me in dimidio dierũ meorũ: in generationem & generationẽ anni tui.
Initio tu Domine terrã fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli.
Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent.
Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.
Filij seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum in sæculum dirigetur.

Gloria Patri,&c. Pſalmus 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſeruaueris Domine: Domine, quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſrael in Domino.

Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria Patri. Pſalmus 142.

DOmine exaudi orationem meam, auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua iuſtitia.

Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.

Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Catharina, ora.
Sancta Anastasia, ora.
Omnes sanctæ Virgines & viduæ, orate.
Omnes sancti & sanctæ Dei, Intercedite pro nobis.
Propitius esto, parce nobis Domine.
Propitius esto, exaudi nos Domine.
Ab omni malo, libera nos Domine.
Ab omni peccato, libera.
Ab ira tua, libera.
A subitanea & improuisa morte, libera.
Ab insidijs diaboli, libera.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, libera nos Domine.
A spiritu fornicationis, libera.
A fulgure & tempestate, libera.
A morte perpetua, libera.
Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ, libera nos Domine.
Per aduentum tuum, libera.
Per natiuitatem tuam, libera.
Per baptismum, & sanctum ieiunium tuum, libera.

Per crucem & paſſionem tuam, libera.
Per mortem & ſepulturam tuam, libera.
Per ſanctam reſurrectionē tuam, libera.
Per admirabilem Aſcenſionem tuam, libera nos Domine.
Per aduentum Spiritus ſancti paracliti, libera nos Domine.
In die iudicij, libera.
Peccatores, te rogamus, audi nos.
Vt nobis parcas, te rog.
Vt nobis indulgeas, te rog.
Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris, te rog.
Vt Eccleſiam tuam ſanctam regere & conſeruare digneris, te rog.
Vt domnum Apoſtolicum, & omnes Eccleſiaſticos ordines in ſancta religione conſeruare digneris, te rog.
Vt inimicos ſanctę Eccleſiæ humiliare digneris, te rog.
Vt Regibus & Principibus Chriſtianis pacem & veram concordiam donare digneris, te rog.
Vt cuncto populo Chriſtiano pacem & vnitatem largiri digneris, te rog.

Vt nosmetipsos in tuo sancto seruitio cõfortare & conseruare digneris, te rog.

Vt mẽtes nostras ad cælestia desideria erigas, te rog.

Vt omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rog.

Vt animas nostras, fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias, te rog.

Vt fructus terræ dare & conseruare digneris, te rog.

Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rog.

Vt nos exaudire digneris, te rog.

Fili Dei, te rogamus, audi nos.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie eleison.

Pater nr̃. secr. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ps 69.

Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuãdum me festina.
Confundantur, & reuereantur: qui quærunt animam meam.
Auertantur retrorsum, & erubescant: qui volunt mihi mala.
Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi, Euge, euge.
Exultent, & lętẽtur in te omnes qui quærunt te: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.
Ego verò egenus, & pauper sum: Deus adiuua me.
Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.
℣. Saluos fac seruos tuos. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Domine non secundùm peccata nostra facias nobis. ℟. Neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis.
℣. Oremus pro Pontifice nostro N.

℟. Do-

℟. Dominus conseruet eum, & viuificet eum, et beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius.
℣. Oremus pro benefactoribus nostris.
℟. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomẽ tuũ vitam ęternam. Amen. ℣. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.
℣. Pro fratribus nostris absentibus.
℟. Saluos fac seruos tuos, Deus meus sperantes in te. ℣. Mitte eis Domine auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

Pro peccatis.

DEus, cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram: vt nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absoluat.

EXaudi, quæsumus Domine, supplicũ preces, & cõfitentium tibi parce pec-

catis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem.

INeffabilem nobis Domine miſericordiam tuam clementer oſtende: vt ſimul nos, & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, auerte.

Pro Pontifice, vel amico.

OMnipotens ſempiterne Deus miſerere famulo tuo Pontifici noſtro N. & dirige eum ſecundùm tuam clementiã in viam ſalutis æternæ: vt te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

Pro pace.

DEus, à quo ſancta deſideria, recta conſilia, & iuſta ſunt opera: da ſeruis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem: vt & corda noſtra mandatis tuis dedita, & hoſtium ſublata formidine, tempora ſint tua protectione tranquilla.

Pro tuenda caſtitate.

VRe igne ſancti Spiritus renes noſtros, & cor noſtrum Domine: vt tibi caſto corpore ſeruiamus, & mundo corde placeamus.

Pro fidelibus Defunctis.

FIdelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam ſemper optauerunt, pijs ſupplicationibus conſequantur.

Pro ſuis actionibus.

ACtiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præueni & adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra oratio & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur.

Pro viuis & defunctis.

OMnipotēs ſempiterne Deus, qui viuorum dominaris ſimul & mortuorum, omniumque miſereris, quos tuos fide & opere futuros eſſe prẹnoſcis: te ſupplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quoſque vel præſens

ſæculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit, intercedentibus omnibus ſanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum ſuorum veniam conſequantur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Exaudiat nos omnipotens & miſericors Dominus. ℟. Amen.

℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei, requieſcant in pace. ℟. Amen.

ALIÆ PRECES, ET Orationes dicendæ poſt Litanias pro diuerſitate temporum.

Litaniæ dicuntur vſque ad Pſal. Deus in adiutorium. vt ſup. fol. 139. Deinde ℣.

EGo dixi, Domine miſerere mei. ℟. Sana animam meam, quia peccaui tibi. ℣. Conuertere Domine vſquequò. ℟. Et deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. ℣. Fiat miſericordia tua Dñe ſuper nos.

℟.

℟. Quemadmodum ſperauimus in te.
℣. Sacerdotes tui induantur iuſtitiam.
℟. Et ſancti tui exultent. ℣. Domine ſaluum fac regem. ℟. Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. ℣. Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hereditati tuæ. ℟. Et rege eos, & extolle illos vſque in æternum. ℣. Memento congregationis tuæ. ℟. Quam poſſediſti ab initio. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abũdantia in turribus tuis. ℣. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.
℣. Pro fratribus noſtris abſentibus.
℟. Saluos fac ſeruos tuos Deus meus ſperantes in te. ℣. Pro afflictis, & captiuis.
℟. Libera eos Deus Iſrael ex omnibus tribulationibus ſuis. ℣. Mitte eis Domine auxiliũ de ſancto. ℟. Et de Siõ tuere eos.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Pſalmus 78.

DEus, venerunt gentes in hereditatẽ tuã, polluerũt templũ ſanctũ tuum: po-

poſuerunt Ieruſalē in pomorū cuſtodiā.
Poſuerunt morticina ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cæli: carnes ſanctorum tuorum beſtijs terreæ.
Effuderūt ſanguinem ipſorum tamquam aquam in circuitu Ieruſalem: & non erat qui ſepeliret.
Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris: ſubſannatio, & illuſio his, qui in circuitu noſtro ſunt.
Vſquequò Domine iraſceris in finem? accendetur velut ignis zelus tuus?
Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt: & in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt.
Quia comederunt Iacob: & locum eius deſolauerunt.
Ne memineris iniquitatū noſtrarum antiquarum, citò anticipēt nos miſericordiæ tuæ: quia pauperes facti ſumus nimis.
Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.
Ne fortè dicant in gentibus, Vbi eſt Deus

eorum: & innotescat in nationibus coram oculis nostris.
V ltio sanguinis seruorum tuorũ qui effusus est: introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.
S ecundùm magnitudinem brachij tui: posside filios mortificatorum.
E t redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum quod exprobrauerunt tibi Domine.
N os autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ: confitebimur tibi in sæculum.
I n generationem & generationem: annuntiabimus laudem tuam.
G loria. vel Psal. D eus noster, refugium. vt sup. folio 6. Finito Psalmo dicitur ℣.
Domine Deus virtutum conuerte nos.
℟. Et ostẽde faciem tuam, & salui erimus.
℣. Exurge Christe, adiuua nos.
℟. Et libera nos propter nomen tuum.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat. O remus.
Ad poscenda suffragia Sanctorum. Orõ.
A Cunctis nos, quæsumus Dñe, mentis & corporis defende periculis: &
inter-

intercedente beata & gloriosa semper Virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus, & pacem: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, Ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Per eumdem Dominum nostrum.

Pro Ecclesia sancta Dei. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui gloriam tuam omnibus in Christo gentibus reuelasti: custodi opera misericordiæ tuæ: vt Ecclesia tua toto orbe diffusa stabili fide in confessione tui nominis perseueret. Per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum.

Pro Papa. Oratio.

DEus omnium fidelium pastor & rector famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exemplo, quibus præest, proficere: vt ad vitam vnà cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per Dominum nostrũ Iesum Christum.

Pro omni gradu Eccleſiæ. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, cuius ſpiritu totum corpus Eccleſiæ ſanctificatur & regitur: exaudi nos pro vniuerſis ordinibus ſupplicantes: vt gratię tuę munere ab omnibus tibi gradibus fideliter ſeruiatur. Per Dominum.

Pro quacumque neceſſitate Eccleſię, & re obtinenda. Oratio.

DEus refugiũ noſtrum & virtus, adeſto pijs Eccleſiæ tuæ precibus auctor ipſe pietatis, & pręſta: vt quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per Dñm.

Contra perſecutores Eccleſiæ. Oratio.

ECcleſię tuę, quæſumus Domine, preces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per Dominum.

Ad implorandum auxilium contra infideles. Oratio.

PIentiſſime Deꝰ, qui iniquitatum ad te conuerſorum non recordaris, ſed eorum gemitus clementer exaudis: reſpice tẽpla tua infidelium manibus profanata, & tui dilecti gregis afflictionem: reminiſcere

ſcere hereditatis tuæ, effuſione pretioſiſſimi ſanguinis tui vnigeniti acquiſitæ: vineamque tua plantatam dextera, quam ferus aper exterminare conatur, feruenter viſita, ac illius cultores aduerſus deuaſtantium rabiem tua virtute corrobora, victores effice: in eaque bene operantes tui fac regni poſſeſſores. Per eumdem.

Pro Imperatore. Oratio.

DEus regnorum omnium, & Chriſtiani maximè protector imperij: da ſeruo tuo Imperatori noſtro N. triumphum virtutis tuæ ſcienter excolere: vt qui tua conſtitutione eſt princeps, tuo ſemper munere ſit potens. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Pro Rege. Oratio.

QVæſumus omnipotens Deus: vt famulus tuus N. rex noſter, qui tua miſeratione ſuſcepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa: quibus decenter ornatus, & vitiorum monſtra deuitare, & ad te, qui via, veritas, & vita es, gratioſus valeat peruenire. Per Dominum.

Pro Catechumenis. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui Eccleſiam tuam noua ſemper prole fœcundas: auge fidem & intellectum Catechumenis noſtris: vt renati fonte baptiſmatis, adoptionis tuæ filijs aggregentur. Per Dominum noſtrum.

Vt cunctis mundũ purget erroribus. Orõ.

OMnipotens ſempiterne Deus, mœſtorum conſolatio, & laborantium fortitudo: perueniãt ad te preces de quacumque tribulatione clamantium: vt omnes ſibi in neceſſitatibus ſuis miſericordiam tuã gaudeant affuiſſe. Per Dominum.

Pro hæreticis & ſchiſmaticis. Oratio.

OMnipotẽs ſempiterne Deus, qui ſaluas omnes, & neminem vis perire: reſpice ad animas diabolica fraude deceptas: vt omni hæretica prauitate depoſita, errantium corda reſipiſcant, & ad veritatis tuæ redeant vnitatem. Per Dominum.

Pro perfidis Iudæis. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui etiã Iudaicam perfidiã à tua miſericordia non repellis: exaudi preces noſtras,

quas pro illius populi obcæcatione deferimus: vt, agnita veritatis tuæ luce, quę Chriſtus eſt, à ſuis tenebris eruatur. Per eũdem.

Pro Paganis. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui nõ mortem peccatorũ, ſed vitã ſemper inquiris ſuſcipe propitius orationẽ noſtram: & libera paganos ab idolorũ cultura, & aggrega Eccleſiæ tuæ ſanctę, ad laudem & gloriam nominis tui. Per Dñm.

Tempore belli. Oratio.

DEus, qui conteris bella, & impugnatores in te ſperantium potentia tuæ defenſionis expugnas: auxiliare famulis tuis implorantibus miſericordiam tuam; vt omnium inimicorum ſuorum feritate depreſſa, inceſſabili te gratiarum actione laudemus. Per Dominum.

Contra Paganos. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, in cuius manu ſunt omnium poteſtates, & omnium iura regnorum: reſpice in auxilium Chriſtianorum; vt gentes paganorum, quæ in ſua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentia conterantur. Per Dñm.

Pro

Pro pace. Oratio.

Deus, à quo sancta desideria. fol. 140.

Tempore famis & pestis. Oratio.

DA nobis, q̃s Dñe, piæ supplicationis effectum: & pestilẽtiam famemque propitiatus auerte: vt mortalium corda cognoscant, & te indignante talia flagella prodire, & te miserante cessare. Per Dñm.

Ad pluuiam petendam. Oratio.

DEus, in quo viuimus, mouemur, & sumus: pluuiam nobis tribue congruentem: vt præsentibus subsidijs sufficienter adiuti, sempiterna fiducialius appetamus. Per Dominum.

Ad serenitatem petendam. Oratio.

AD te nos Domine clamantes exaudi, & aeris serenitatẽ nobis tribue supplicãtibus: vt qui iustè pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua præueniente clementiam sentiamus. Per Dominum.

Pro quacumque tribulatione. Oratio.

NE despicias, omnipotens Deus, populum tuum in afflictione clamantem: sed propter gloriam nominis tui tribulatis succurre placatus. Per Dominum.

Pro remiſſione peccatorum. Oratio.

DEus, qui nullum reſpuis, ſed quantumuis peccantibus, per pœnitentiam pia miſeratione placaris, reſpice propitius ad preces humilitatis noſtræ, & illumina corda noſtra: vt tua valeamus implere præcepta. Per Dominum.

Pro tentatis & tribulatis. Oratio.

DEus, qui iuſtificas impium, & non vis mortem peccatorum, maieſtatem tuam ſuppliciter deprecamur: vt famulos tuos de tua miſericordia confidentes, cæleſti protegas benignus auxilio, & aſſidua protectione conſerues: vt tibi iugiter famulentur, et nullis tentationibus à te ſeparentur. Per Dominum.

Pro iter agentibus. Oratio.

ADeſto Domine ſupplicationibus noſtris, & viam famulorum tuorum in ſalutis tuæ proſperitate diſpone: vt inter omnes viæ & vitæ huius varietates, tuo ſemper protegantur auxilio. Per Dñm.

Pro infirmis. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, ſalus æterna credentium, exaudi nos pro

infirmis famulis tuis, pro quibus misericordiæ tuæ imploramus auxilium: vt reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referant actiones. Per Dominum.

Pro tribulatione peccatorum. Oratio.

INeffabilem nobis Dñe, misericordiam tuam clementer ostende: vt simul nos et à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias. Per Dominum.

Pro peccatis. Oratio.

EXaudi quæsumus Domine, supplicũ preces, & confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgẽtiam tribuas benignus & pacem. Per Dominum.

Pro salute viuorum. Oratio.

PRætende Domine fidelibus tuis dexteram cælestis auxilij: vt te toto corde perquirant, & quæ dignè postulant, consequi mereantur. Per Dominum.

Pro viuis & defunctis. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui viuorum dominaris simul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus: vt pro quibus effundere

preces decreuimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam cõsequantur. Per Dominum nostrum Iesum Christum. &c. ℞. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Exaudiat nos Dominus.

℞. Et custodiat nos semper. Amen.

PRECES DICENDÆ in principio Congregationis.

VEni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende. Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie eleison. Pater noster. secretò.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

℣. Memento congregationis tuæ.

℞. Quam possedisti ab initio.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

MEntes nostras, quæsumus Domine, lumine tuæ claritatis illustra: vt videre

dere possimus, quæ agēda sunt, & quæ recta sunt, agere valeamus. Per Dominum.

In fine Congregationis.

KYrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. secr. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. ℟. A templo sancto tuo, quod est in Ierusalem.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

PRęsta nobis, quęsumus Dn̄e, auxilium gratiæ tuæ: vt quæ te auctore facienda cognouimus, te operante, impleamus. Per Christum Dn̄m nostrũ. ℣. Retribuere dignare Dn̄e benefactoribus nostris viuis atque defunctis vitam æternam. ℟. Amen.

AD INVOCANDAM gratiam S. Spiritus. Hymnus.

Veni Creator Spiritus. vt infra in die Pẽtecostes, vel hæc Sequentia.

VEni sancte Spiritus, & emitte cęlitus, lucis tuæ radium.

Veni pater pauperum, veni dator munerum, veni lumen cordium.

Consolator optime, dulcis hospes animæ, dulce refrigerium.

In labore requies, in æstu temperies, in fletu solatium.

O lux beatissima, reple cordis intima tuorum fidelium.

Sine tuo numine, nihil est in homine, nihil est innoxium.

Laua quod est sordidum: riga quod est aridum: sana quod est saucium.

Flecte quod est rigidum: foue quod est frigidum: rege quod est deuium.

Da tuis fidelibus, in te confidentibus, sacrum septenarium.

Da virtutis meritum: da salutis exitum: da perenne gaudium. Amen.

℣. Emitte spiritum tuum, & creabuntur.

℞. Et renouabis faciem terræ.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

DEus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. Per Dominum nostrum.

Alia Oratio.

Deus,

DEus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullũ latet ſecretũ, purifica per infuſionem ſanĉti Spiritus cogitationes cordis noſtri: vt te perfeĉtè diligere, & dignè laudare mereamur. Per Dominum. In vnitate eiuſdem.

Pro deuotis amicis. Oratio.

DEus, qui charitatis dona per gratiam ſanĉti Spiritus tuorũ cordibus fidelium infudiſti: da famulis & famulabus tuis, pro quibus tuã deprecamur clementiam, ſalutem mentis & corporis: vt te tota virtute diligant, & quę tibi placita ſunt tota dileĉtione perficiant. Per Dominum.

Pro inimicis. Oratio.

DEus pacis charitatiſq. amator & cuſtos: da omnibus inimicis noſtris pacẽ charitatemque veram, cunĉtorumque eis remiſſionem tribue peccatorum, noſque ab eorum inſidijs potenter eripe. Per Do.

Ad repellẽdas malas cogitationes. Oratio.

OMnipotẽs & mitiſſime Deus, reſpice propitius preces noſtras, & libera corda noſtra de malarũ tentationibus cogitationũ: vt ſanĉti Spiritus dignum fieri

habi-

habitaculum mereamur. Per Dominum.
Ad postulandam charitatem. Oratio.
DEus qui diligentibus te facis cuncta prodesse, da cordibus nostris inuiolabilem tuæ charitatis affectum: vt desideria de tua inspiratione cõcepta, nulla possint tentatione mutari. Per Dominum.
Ad postulandam patientiam. Oratio.
DEus, qui vnigeniti tui patientia antiqui hostis contriuisti superbiam da nobis, quæsumus: quæ idem piè pro nobis pertulit, dignè recolere, sicque exemplo eius, nobis aduersantia æquanimiter tolerare. Per Dominum nostrum.
Ad postulandam continentiam. Oratio.
VRe igne sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum Domine, vt tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem, &c.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Exaudiat nos Dominus.
℟. Et custodiat nos semper. Amen.
GRA-

HYMNI
Per totum Annum.

In Dominicis & ferijs Aduentus Domini. Hymnus.

COnditor alme ſiderum,
Æterna lux credentium:
Chriſte redemptor omnium
Exaudi preces ſupplicum.
Qui condolens interitu,
Mortis perire ſæculum:
Saluaſti mundum languidum
Donans reis remedium.
Vergente mundi veſpere,
Vti ſponſus de thalamo,
Egreſſus honeſtiſſima
Virginis matris clauſula.
Cuius forti potentiæ
Genu curuantur omnia,
Cæleſtia, terreſtria,
Nutu fatentur ſubdita.
Te deprecamur agie,
Venture iudex ſæculi,
Conſerua nos in tempore,

Hostis à telo perfidi.

Laus, honor, virtus, gloria
Deo Patri, & Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sæculorum sæcula. Amen.

In Natiuitate & Circumcisione Domini, & in Dominicis vsque ad Epiphaniã.

Hymnus.

CHriste redemptor omnium,
Ex Patre Patris vnice:
Solus ante principium
Natus ineffabiliter.

Tu lumen, tu splendor Patris:
Tu spes perennis omnium:
Intende quas fundunt preces
Tui per orbem famuli.

Memento salutis auctor,
Quòd nostri quondam corporis,
Ex illibata Virgine
Nascendo, formam sumpseris.

Sic præsens testatur dies,
Currens per anni circulum:
Quòd solus à sede Patris
Mundi salus adueneris.

Hunc cælum, terra, hunc mare:

Hunc omne quod in eis est,
Auctorem aduentus tui,
Laudans exultat cantico.
Nos quoque, qui sancto tuo
Redempti sanguine sumus:
Ob diem natalis tui,
Hymnum nouum concinimus.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

In festo sanctorum Innocentium.

Hymnus.

SAluete flores martyrum,
Quos lucis ipso in limine,
Christi insecutor sustulit,
Ceu turbo nascentes rosas.
Vos prima Christi victima,
Grex immolatorum tener,
Aram ante ipsam simplices,
Palma, & coronis luditis.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

In Epiph. Domini & per octa. Hymnus.

HOstis Herodes impie,
Christum venire quid times?
Non eripit mortalia,
Qui regna dat cælestia.
Ibant Magi, quam viderant
Stellam sequentes præuiam,
Lumen requirunt lumine,
Deum fatentur munere.
Lauacra puri gurgitis
Cælestis Agnus attigit,
Peccata quæ non detulit,
Nos abluendo sustulit.
Nouum genus potentiæ,
Aquæ rubescunt hydriæ,
Vinumque iussa fundere,
Mutauit vnda originem.
Gloria tibi Domine,
Qui apparuisti hodie,
Cum Patre, & sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

In Dominicis, videlicet à secunda post Epiphaniam, vsque ad primam Dominicam Quadragesimæ: & à tertia post Pentecost. vsque ad Aduentum.

Hymnus.

LVcis Creator optime,
Lucem dierum proferens:
Primordijs lucis nouæ,
Mundi parans originem.
Qui mane iunctum vesperi,
Diem vocari præcipis:
Tetrum chaos illabitur,
Audi preces cum fletibus.
Ne mens grauata crimine,
Vitæ sit exul munere:
Dum nil perenne cogitat,
Seseque culpis illigat.
Cælorum pulset intimum,
Vitale tollat præmium:
Vitemus omne noxium,
Purgemus omne pessimum.
Præsta Pater pijssime,
Patrique compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

In ferijs post octauam Epiphaniæ vsque ad Sabbatum post Cineres, & post Festum sanctæ Trinitatis, vsque ad Aduentum.

Feria secunda. Hymnus.

IMmense cæli conditor,
Qui mixta ne confunderent,
Aquæ fluenta diuidens,
Cælum dedisti limitem.
Firmans locum cælestibus,
Simulque terræ riuulis:
Vt vnda flammas temperet,
Terræ solum ne dissipent.
Infunde nunc pijssime,
Donum perennis gratiæ:
Fraudis nouæ ne casibus
Nos error atterat vetus.
Lucem fides inueniat,
Sic luminis iubar ferat,
Vt vana cuncta terreat,
Hanc falsa nulla comprimant.
Præsta Pater pijssime,
Patrique compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

Feria tertia. Hymnus.

TElluris ingens conditor,
Mundi solum, qui eruens,
Pulsis aquæ molestijs,

Terram dediſti immobilem.
V t germen aptum proferens,
Fuluis decora floribus,
Fœcunda fructu ſiſteret,
Paſtumque gratum redderet.
M entis peruſtæ vulnera
Munda virore gratiæ:
Vt facta fletu diluat,
Motuſque prauos atterat.
I uſſis tuis obtemperet,
Nullis malis approximet,
Bonis repleri gaudeat,
Et mortis actum neſciat.
P ræſta Pater piiſſime,
Patrique compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne ſæculum. Amen.

Feria quarta. Hymnus.

C ÆLI Deus ſanctiſſime,
Qui lucidum centrum poli
Candore pingis igneo,
Augens decoro lumine.
Q uarto die qui flammeam
Solis rotam conſtituens,
Lunæ miniſtras ordinem,

Vagosque cursus siderum.
V t noctibus vel lumini,
Diremptionis terminum,
Primordijs & mensium
Signum dares notissimum.
I llumina cor hominum,
Absterge sordes mentium,
Resolue culpæ vinculum,
Euerte moles criminum.
P ræsta Pater pijssime,
Patrique compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

Feria quinta. Hymnus.

M Agnæ Deus potentiæ,
Qui ex aquis ortum genus,
Partim remittis gurgiti,
Partim leuas in aera.
D emersa lymphis imprimens
Subuecta cælis irrogans:
Vt stirpe vna prodita,
Diuersa rapiant loca.
L argire cunctis seruulis,
Quos mundat vnda sanguinis,
Nescire lapsus criminum,

Nec ferre mortis tædium.
Vt culpa nullum deprimat,
Nullum leuet iactantia;
Elisa mens ne concidat,
Elata mens ne corruat.
Præsta Pater pijssime,
Patrique compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

Feria sexta. Hymnus.

PLasmator hominis Deus,
Qui cuncta solus ordinans,
Humum iubes producere
Reptantis & feræ genus.
Qui magna rerum corpora,
Dictu iubentis viuida:
Vt seruiant per ordinem,
Subdens dedisti homini.
Repelle à seruis tuis,
Quidquid per immunditiam:
Aut moribus se suggerit,
Aut actibus se interserit.
Da gaudiorum præmia,
Da gratiarum munera;
Dissolue litis vincula,

Adstringe pacis fœdera.
Præsta Pater pijssime,
Patrique compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.
Sabbato. Hymnus.
O Lux beata Trinitas,
Et principalis vnitas:
Iam Sol recedit igneus,
Infunde lumen cordibus.
Te mane laudum carmine,
Te deprecemur vespere,
Te nostra supplex gloria
Per cuncta laudet sæcula.
Deo Patri sit gloria,
Eiusque soli Filio,
Cum Spiritu paraclito,
Et nunc, & in perpetuum. Amen.
In Dominicis & ferijs Quadragesimæ, vsque ad Dominicam Passionis, incipiendo in Sabbato post Cineres, in primis & secundis Vesperis. Hymnus.
AVdi benigne conditor,
Nostras preces cum fletibus,
In hoc sacro ieiunio
Fusas

Fuſas quadragenario.
Scrutator alme cordium,
Infirma tu ſcis virium:
Ad te reuerſis exhibe
Remiſſionis gratiam.
Multum quidem peccauimus,
Sed parce confitentibus:
Ad laudem tui nominis,
Confer medelam languidis.
Sic corpus extra conteri,
Dona per abſtinentiam:
Ieiunet vt mens ſobria,
A labe prorſus criminum.
Præſta beata Trinitas,
Concede ſimplex vnitas:
Vt fructuoſa ſint tuis
Ieiuniorum munera. Amen.

Sequens Hymnus dicitur à Dominica Paſſionis, vſque ad feriam quintã in Cęna Domini, & in feſto Inuentionis ſanctæ Crucis, ſed vbi dicitur, Hoc paſſionis tempore, dicatur. In hoc Paſchali gaudio, & in feſto Exaltationis ſanctæ Crucis, vbi dicitur. Hoc Paſſionis, dicatur, In hac triumphi gloria. Hymnus.

VExilla regis prodeunt,
Fulget crucis myſterium:
Quo carne carnis conditor
Suſpenſus eſt patibulo.
Quo vulneratus inſuper
Mucrone diro lanceæ:
Vt nos lauaret crimine,
Manauit vnda & ſanguine.
Impleta ſunt quæ concinit
Dauid fideli carmine,
Dicens, In nationibus
Regnauit à ligno Deus.
Arbor decora & fulgida,
Ornata regis purpura,
Electa digno ſtipite,
Tam ſancta membra tangere.
Beata, cuius brachijs
Sæcli pependit pretium:
Statera facta corporis,
Prędamque tulit tartari.
O crux aue ſpes vnica,
Hoc paſſionis tempore:
Auge pijs iuſtitiam,
Reiſque dona veniam.
Te ſumma Deus Trinitas

Collaudet omnis ſpiritus:
Quos per crucis myſterium
Saluas, rege per ſæcula. Amen.

In Dñicis & Ferijs ab octa. Paſchæ vſque ad feſtum Aſcenſionis Domini. Hymnus.

AD cœnam Agni prouidi,
Et ſtolis albis candidi:
Poſt tranſitum maris rubri,
Chriſto canamus principi.
Huius corpus ſanctiſſimum,
In ara crucis torridum:
Cruore eius roſeo
Guſtando viuimus Deo.
Protecti Paſchæ veſpere
A deuaſtante angelo,
Erepti de duriſſimo
Pharaonis imperio.
Jam Paſcha noſtrum Chriſtus eſt,
Qui immolatus agnus eſt:
Sinceritatis azyma,
Caro eius oblata eſt.
O verè digna hoſtia,
Per quam fracta ſunt tartara,
Redempta plebs captiuata,
Reddita vitæ prȩmia.

Consurgit Christus tumulo,
Victor redit de barathro,
Tyrannum trudens vinculo,
Et paradisum reserans.
Quæsumus auctor omnium
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.
Gloria tibi Domine,
Qui surrexisti à mortuis,
Cum Patre, & sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

In Ascensione Domini & in alijs diebus sequentibus, vsque ad Pentecosten.

Hymnus.

IEsu nostra redemptio,
Amor, & desiderium:
Deus creator omnium,
Homo in fine temporum.
Quæ te vicit clementia,
Vt ferres nostra crimina:
Crudelem mortem patiens,
Vt nos à morte tolleres.
Inferni claustra penetrans,
Tuos captiuos redimens,

Victor triumpho nobili,
Ad dextram Patris residens.
Ipsa te cogat pietas,
Vt mala nostra superes
Parcendo, & voti compotes,
Nos tuo vultu saties.
Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium,
Sit nostra in te gloria
Per cuncta semper sæcula. Amen.

In festo Pentecostes & per octa. Hymnus.

VEni creator Spiritus,
Mentes tuorum visita:
Imple superna gratia,
Quæ tu creasti pectora.
Qui Paraclitus diceris,
Donum Dei Altissimi:
Fons viuus, ignis, charitas,
Et spiritalis vnctio.
Tu septiformis munere,
Dextræ Dei tu digitus:
Tu ritè promissum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,

Infirma nostri corporis,
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus;
Ductore sic te præuio,
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atque Filium;
Te vtriusque Spiritum,
Credamus omni tempore.
Gloria Patri Domino,
Natoque, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In sæculorum sæcula. Amen.

In festo S. Trinitatis. Hymnus.

O lux beata Trinitas. vt supra. 153.

In festo Corporis Christi & per octauam. Hymnus.

PAnge lingua gloriosi
Corporis mysterium,
Sanguinisque pretiosi,
Quem in mundi pretium
Fructus ventris generosi
Rex effudit gentium.
Nobis datus, nobis natus

Ex intacta Virgine,
Et in mundo conuersatus,
Sparso verbi semine,
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.
In supremæ nocte cœnæ
Recumbens cum fratribus,
Obseruata lege plenè
Cibis in legalibus,
Cibum turbæ duodenæ
Se dat suis manibus.
Verbum caro panem verum,
Verbo carnem efficit:
Fitque sanguis Christi merum:
Et si sensus deficit,
Ad firmandum cor sincerum
Sola fides sufficit.
Tantum ergo sacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum
Nouo cedat ritui:
Præstet fides supplementum
Sensuum defectui.
Genitori, Genitoque
Laus & iubilatio:

Salus, honor, virtus quoque
Sit & benedictio:
Procedenti ab vtroque
Compar sit laudatio. Amen.

In festo Cathedræ S. Petri. Hymnus.

QVodcumque vinclis super terram strinxeris,
Erit in astris religatum fortiter:
Et quod resoluis in terris arbitrio,
Erit solutum super cæli radium:
In fine mundi iudex eris sæculi.
Gloria Patri per immensa sæcula,
Sit tibi nate decus, & imperium:
Honor, potestas, sanctoque Spiritui,
Sit Trinitati salus indiuidua,
Per infinita sæculorum sæcula. Amen.

In Conuersione & Commemoratione sancti Pauli. Hymnus.

DOctor egregie Paule, mores instrue,
Et mēte polum nos trāsferre satage:
Donec perfectum largiatur plenius,
Euacuato quod ex parte gerimus.
Sit Trinitati sempiterna gloria,
Honor, potestas, atque iubilatio:
In vnitate, cui manet imperium

Ex tunc, & modò per æterna sæcula.
Amen.

In oībus festiuitatibus B. Mariæ Virginis.
Hymnus. Aue maris stella. fol. 59.

In Natiu. S. Io. Baptistæ, & per oct. Hym.

VT queant laxis resonare fibris,
Mira gestorum famuli tuorum,
Solue polluti labij reatum
Sancte Ioannes.

Nuntius celso veniens Olympo,
Te Patri magnum fore nasciturum,
Nomen, & vitæ seriem gerendæ,
Ordine promit.

Ille promissi dubius superni,
Perdidit promptæ modulos loquelæ;
Sed reformasti genitus peremptæ
Organa vocis.

Ventris obstruso recubans cubili
Senseras regem thalamo manentem:
Hinc parens nati meritis vterque
Abdita pandit.

Gloria Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar vtriusque semper,
Spiritus alme, Deus vnus, omni
Tempore sæcli. Amen.

In festo Apostolorum Petri & Pauli.

Hymnus.

AVrea luce, & decore roseo
Lux lucis omne perfudisti sęculum:
Decorans cælos inclyto martyrio
Hac sacra die, quæ dat reis veniam.
Ianitor cæli, doctor orbis pariter,
Iudices sæcli, vera mundi lumina:
Per crucem alter, alter ense triumphans,
Vitæ senatum laureati possident.
O felix Roma, quæ tantorum principum
Es purpurata pretioso sanguine:
Non laude tua, sed ipsorum meritis,
Excellis omnem mūdi pulchritudinem.
Sit Trinitati sempiterna gloria. vt supra.

Per octa. Apostolorū Petri & Pauli dicitur Hymn. de Communi Apostolorum.

In festo S. Marię Magdalenæ. Hymnus.

PAter superni luminis,
Cùm Magdalenam respicis,
Flammas amoris excitas,
Geluque soluis pectoris.
Amore currit saucia
Pedes beatos vngere,
Lauare fletu, tergere

Comis, & ore lambere.
Adstare non timet cruci,
Sepulchro inhæret anxia,
Truces nec horret milites:
Pellit timorem charitas.
O vera, Christe, charitas,
Tu nostra purga crimina,
Tu corda reple gratia,
Tu redde cæli præmia.
Deo Patri sit gloria,
Eiusque soli Filio,
Cum Spiritu paraclito,
Et nunc, & in perpetuum. Amen.

In festo S. Petri ad Vincula. Hymnus.

PEtrus beatus catenarum laqueos
Christo iubente, rupit mirabiliter
Custos ouilis, & doctor Ecclesiæ,
Pastorque gregis, conseruator ouium,
Arcet luporum truculentam rabiem.
Gloria Patri per immensa sæcula,
Sit tibi nate decus, & imperium:
Honor, potestas, sanctoque Spiritui,
Sit Trinitati salus indiuidua,
Per infinita sæculorum sæcula.
Amen.

In festo Transfigurationis Dñi. Hymnus.

QVicumque Christum quæritis,
Oculos in altum tollite,
Illic licebit visere
Signum perennis gloriæ.
Illustre quiddam cernimus
Quod nesciat finem pati,
Sublime, celsum, interminum
Antiquius cælo & chao.
Hic ille rex est gentium,
Populique rex Iudaici:
Promissus Abrahæ Patri,
Eiusque in æuum semini.
Hunc & Prophetis testibus,
Iisdemque signatoribus
Testator & Pater iubet
Audire nos & credere.
Gloria tibi Domine,
Qui apparuisti hodie,
Cum Patre, & sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

In festo S. Michaelis Archangeli. Hymn.

TIbi Christe splendor Patris,
Vita, virtus cordium,
In conspectu Angelorum

Votis, voce psallimus:
Alternantes concrepando
Melos damus vocibus.
Collaudamus venerantes
Omnes cæli milites:
Sed præcipuè primatem
Cælestis exercitus,
Michaelem in virtute
Conterentem zabulum.
Quo custode procul pelle,
Rex Christe pijssime,
Omne nefas inimici,
Mundo corde & corpore:
Paradiso redde tuo
Nos sola clementia.
Gloriam Patri melodis
Personemus vocibus,
Gloriam Christo canamus,
Gloriam Paraclito:
Qui trinus & vnus Deus
Extat ante sæcula. Amen.

In festo omnium Sanctorum, & per Octauam. Hymnus.

CHriste redemptor omnium,
Conserua tuos famulos,

Beatæ ſemper Virginis
Placatus ſanctis precibus.
B eata quoque agmina
Cæleſtium ſpirituum:
Præterita, præſentia,
Futura mala pellite.
V ates æterni iudicis,
Apoſtolique Domini,
Suppliciter expoſcimus
Saluari veſtris precibus.
M artyres Dei inclyti,
Confeſſoreſque lucidi,
Veſtris orationibus
Nos ferte in cæleſtibus.
C hori ſanctarum Virginum,
Monachorumque omnium,
Simul cum Sanctis omnibus,
Conſortes Chriſti facite.
G entem auferte perfidam
Credentium de finibus:
Vt Chriſto laudes debitas
Perſoluamus alacriter.
G loria Patri ingenito,
Eiuſque Vnigenito,
Vnà cum ſancto Spiritu,

In sempiterna sæcula. Amen.
In Natali Apostolorum, vel Euangelistarum.
Hymnus.
EXultet cælum laudibus,
Resultet terra gaudijs:
Apostolorum gloriam
Sacra canunt solemnia.
Vos sæcli iusti iudices,
Et vera mundi lumina:
Votis precamur cordium,
Audite preces supplicum.
Qui cælum verbo clauditis,
Serasque eius soluitis:
Nos à peccatis omnibus
Soluite iussu, quæsumus.
Quorum præcepto subditur
Salus & languor omnium:
Sanate ægros moribus,
Nos reddentes virtutibus.
Vt cùm iudex aduenerit
Christus in fine sæculi,
Nos sempiterni gaudij
Faciat esse compotes.
Deo Patri sit gloria. vt sup. fol. 155.

In Communi Apoſtolorum, vel Euangeliſtarum tempore Paſchali.

Hymnus.

TRiſtes erant Apoſtoli
De nece ſui Domini:
Quem morte crudeliſſima
Serui damnarant impij.
Sermone blando Angelus
Prædixit mulieribus,
In Galilæa Dominus
Videndus eſt quantocius.
Ille dum pergunt concitæ
Apoſtolis hoc dicere,
Videntes eum viuere,
Chriſti tenent veſtigia.
Quo agnito Diſcipuli,
In Galilæam properè
Pergunt videre faciem
Deſideratam Domini.
Quæſumus auctor omnium
In hoc Paſchali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.
Gloria tibi Domine,
Qui ſurrexiſti à mortuis,

Cum Patre, & sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

In Natali vnius martyris.

Hymnus.

DEus tuorum militum
Sors, & corona, præmium,
Laudes canentes martyris
Absolue nexu criminis.
Hic nempe mundi gaudia,
Et blandimenta noxia:
Caduca ritè deputans,
Peruenit ad cælestia.
Pœnas cucurrit fortiter,
Et sustulit viriliter,
Pro te effundens sanguinem,
Æterna dona possidet.
Ob hoc precatu supplici,
Te poscimus pijssime:
In hoc triumpho martyris,
Dimitte noxam seruulis.
Laus & perennis gloria,
Deo Patri, & Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sempiterna sæcula. Amen.

In Natali plurium martyrum. Hymnus.

SAnctorum meritis inclyta gaudia
Pangamus socij, gestaque fortia:
Nam gliscit animus promere cantibus
Victorum genus optimum.
Hi sunt, quos retinẽs mundus inhorruit.
Ipsum nam sterili flore peraridum,
Spreuere penitus, teque secuti sunt
Rex Christe bone cælitus.
Hi pro te furias, atque ferocia
Calcarunt hominum, sæuaque verbera:
Cessit his lacerans fortiter vngula,
Nec carpsit penetralia.
Cæduntur gladijs more bidentium,
Non murmur resonat, nõ querimonia:
Sed corde tacito mens bene conscia
Conseruat patientiam.
Quæ vox, quæ poterit lingua retexere,
Quæ tu martyribus munera præparas?
Rubri nam fluido sanguine laureis
Ditantur bene fulgidis
Te summa Deitas, vnaque poscimus,
Vt culpas abluas, noxia subtrahas:
Des pacem famulis, nos quoque gloriam
Per cuncta tibi sæcula. Amen.

In communi plur. martyrum tempore Paschali. Hymnus.

REx gloriose martyrum,
Corona confitentium:
Qui respuentes terrea
Perducis ad cælestia.
Aurem benignam protinus
Appone nostris vocibus:
Trophæa sacra pangimus,
Ignosce quod deliquimus.
Tu vincis in martyribus,
Parcendo confessoribus,
Tu vince nostra crimina,
Donando indulgentiam.
Gloria tibi Domine,
Qui surrexisti à mortuis,
Cum Patre, & sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

In Natali Confessorum. Hymnus.

ISte confessor Domini sacratus,
Festa plebs cuius celebrat per orbem,
Hodie lætus meruit secreta
Scandere cæli.
Qui pius, prudens, humilis, pudicus,
Sobrius, castus fuit, & quietus:

Vita

Vita dum præsens vegetauit eius
Corporis artus.
Ad sacrum cuius tumulum frequenter
Membra languentum modò sanitati
Quolibet morbo fuerint grauata,
Restituuntur.
Vnde nunc noster chorus in honorem
Ipsius, hymnum canit hunc libenter:
Vt pijs eius meritis iuuemur
Omne per æuum.
Sit salus illi, decus, atque virtus,
Qui supra cæli residens cacumen,
Totius mundi machinam gubernat
Trinus & vnus. Amen.

In Natali Virginum & mart. Hymnus.

IEsu corona virginum,
Quem mater illa concipit,
Quæ sola virgo parturit,
Hæc vota clemens accipe.
Qui pascis inter lilia,
Septus choreis Virginum,
Sponsus decorus gloria,
Sponsisque reddens præmia.
Quòcumque pergis, virgines
Sequuntur, atque laudibus

Post te canentes cursitant,
Hymnosque dulces personant.
Te deprecamur largius,
Nostris adauge sensibus,
Nescire prorsus omnia
Corruptionis vulnera.
Laus, honor, virtus, gloria
Deo Patri & Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sæculorum sæcula. Amen.

In Natali sanctæ martyris tantùm, & nec virginis, nec martyris. Hymnus.

FOrtem virili pectore
Laudemus omnes feminam,
Quæ sanctitatis gloria
Vbique fulget inclyta.
Hæc Christi amore saucia,
Dum mundi amorem noxium
Horrescit, ad cælestia
Iter peregit arduum.
Carnem domans ieiunijs,
Dulcique mentem pabulo
Orationis nutriens,
Cæli potitur gaudijs.
Rex Christe virtus fortium,

Qui magna ſolus efficis,
Huius precatu quæſumus,
Audi benignus ſupplices.
Deo Patri ſit gloria,
Eiuſque ſoli Filio,
Cum Spiritu paraclito,
Et nunc & in perpetuum. Amen.

In Dedicatione Eccleſiæ. Hymnus.

VRbs Ieruſalem beata,
Dicta pacis viſio,
Quæ conſtruitur in cælis
Viuis ex lapidibus:
Et Angelis coronata,
Vt ſponſata comite.
Noua veniens è cælo,
Nuptiali thalamo
Præparata, vt ſponſata
Copuletur Domino:
Plateæ & muri eius
Ex auro puriſſimo.
Portæ nitent margaritis
Adytis patentibus:
Et virtute meritorum
Illuc introducitur
Omnis, qui ob Chriſti nomen

Hic in mundo premitur.
Tunsionibus, pressuris
Expoliti lapides,
Suis coaptantur locis
Per manus artificis,
Disponuntur permansuri
Sacris ædificijs.
Gloria & honor Deo
Vsquequaque altissimo,
Vnà Patri, Filioque,
Inclyto Paraclyto,
Cui laus est & potestas
Per æterna sæcula. Amen.





ORATIONES DOMINICALES, ET FERIALES,

Cum ſuis Antiphonis, & Verſiculis per Annum.

Dominica j. Aduentus, Antiphona.

NE timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Dominum : ecce concipies, & paries filium, allel. ℣. Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum. ℟. Aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Oratio.

EXcita, quæſumus Domine, potentiam tuam, & veni : vt ab imminentibus peccatorum noſtrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante ſaluari. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Dominica ij. Aduentus, Antiphona.

TV es, qui venturus es, an alium expectamus ? Dicite Ioanni quæ vidiſtis : ad

ad lumen redeũt cæci, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur, alleluia.

℣. Rorate cæli. vt ſupra. 168. Oratio.

EXcita Domine corda noſtra ad præparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduentum purificatis tibi mentibus ſeruire mereamur. Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, &c.

Dominica iij. Aduentus, Antiphona.

BEata es Maria, quæ credidiſti Domino: perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi à Domino, alleluia.

Hæc Aña prætermittitur, ſi ponenda ſit vna ex Antiphonis maioribus, vt infra.

℣. Rorate cæli. vt ſup 168. Oratio.

AVrem tuam, quæſumus Domine precibus noſtris accommoda: & mentis noſtræ tenebras gratia tuæ viſitationis illuſtra. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate &c.

Sequẽtes Antiphonæ maiores inchoantur die 17. Decembris, & ſingulæ dicũtur per ordinem, vſque ad diem ante vigiliam Natiuitatis Domini, Verſic. & Orationes dicuntur de Dominica præcedenti, quando

do non assignantur propriæ. Antiphona.
O Sapientia, quæ ex ore Altissimi prodij-
sti, attingens à fine vsque ad finẽ, fortiter
suauiterque disponens omnia: veni ad do-
cendum nos viam prudentiæ. Aña. 18.
O Adonai, & dux domus Israel, qui
Moysi in igne flammæ rubi apparuisti, &
ei in Sina legem dedisti: veni ad redimen-
dum nos in brachio extento. Aña. 19.
O radix Iesse, qui stas in signum populo-
rum super quẽ continebunt reges os suũ,
quem gentes deprecabuntur: veni ad libe-
randum nos, iam noli tardare. Aña. 20.
O clauis Dauid, & sceptrum domus Is-
rael: qui aperis, & nemo claudit: claudis,
& nemo aperit: veni, & educ vinctum de
domo carceris, sedentem in tenebris, &
vmbra mortis. Antiphona. 21.
O oriens, splendor lucis æternæ, & Sol iu
stitiæ: veni, & illumina sedentes in tene-
bris, & vmbra mortis. Antiphona. 22.
O rex gentium, & desideratus earum, la-
pisque angularis, qui facis vtraque vnum:
veni & salua hominem, quem de limo
formasti. Antiphona. 23.

O Emmanuel Rex, & legifer noſter, expectatio gentium, & Saluator earum: veni ad ſaluandum nos Domine Deus noſter.

Feria iiij. Quatuor Temporũ Aduent. ſi venerit ante 17. Decẽb. dicitur hæc Aña.

Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.

℣. Rorate cæli. vt ſup. fol. 168. Oratio.

PRæſta, quæſumus omnipotens Deus: vt redẽptionis noſtræ ventura ſolemnitas, & præſentis nobis vitæ ſubſidia conferat, & æternæ beatitudinis præmia largiatur. Per Dominum noſtrum.

Feria vj. Quatuor Tempor. Aduentus, ſi venerit ante 17. Decẽbr. dicitur hæc Aña.

Hoc eſt teſtimoniũ, quod perhibuit Ioannes: Qui poſt me venit, ante me factus eſt.

℣. Rorate cæli. vt ſup. fol. 168. Oratio.

EXcita, quæſumus Domine, potentiam tuam, & veni: vt hi, qui in tua pietate confidunt, ab omni citius aduerſitate liberentur. Qui viuis & regnas, &c.

Sabbato Quat. Tempor. Aduent. Aña.

℣. Rorate cæli. vt ſup. fol. 168. Oratio.

DEus, qui conſpicis: quia ex noſtra prauitate affligimur: concede propitius, vt ex tua viſitatione conſolemur. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti Deus, &c.

Dominica IV. Aduentus. Antiphona. O. ℣. Rorate cæli. vt ſup. fol. 168. Oratio.

EXcita, quæſumus Domine, potētiam tuam, & veni, & magna nobis virtute ſuccurre: vt per auxilium gratiæ tuę, quod noſtra peccata præpediūt, indulgentia tuę propitiationis acceleret. Qui viuis, &c.

In Vigilia Natiuitatis Domini. Antiph. Cùm ortus fuerit Sol de cælo, videbitis Regem regum procedētem à Patre, tamquam ſponsū de thalamo ſuo. ℣. Craſtina die delebitur iniquitas terræ. ℞. Et regnabit ſuper nos Saluator mūdi. Oratio.

DEus, qui nos redēptionis noſtræ annua expectatione lętificas: præſta, vt vnigenitum tuum, quem redemptorem lęti ſuſcipimus, venientē quoque iudicem ſecuri videamus, Dominū noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti, &c.

Dominica inf. oct. Natiu. Domini. Aña. Puer Iesus proficiebat ætate & sapientia coram Deo, & hominibus.
℣. Verbum caro factum est, alleluia.
℟. Et habitauit in nobis, alleluia. Oratio.
OMnipotens sempiterne Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti Filij tui, mereamur bonis operibus abũdare. Per eumdem Dñm.
Dñica infra octa. Epiph. Aña. Fili, quid fecisti nobis sic? ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Quid est, ꝙ me quęrebatis? nesciebatis, quia in ijs, quæ Patris mei sũt, oportet me esse? ℣. Reges Tharsis, & insulæ munera offerent. ℟. Reges Arabum, & Saba dona adducent. Oratio.
VOta, quæsumꝰ Dñe, supplicãtis populi cælesti pietate prosequere: vt & quæ agenda sunt videant: & ad implenda quæ viderint, conualescant. Per Dominũ.
Dominica ij. post Epiph. Antiphona. Deficiẽte vino, iussit Iesus impleri hydrias aqua, quæ in vinum conuersa est, alleluia.
℣. Dirigatur Domine oratio mea.
℟. Sicut incensum in cõspectu tuo. Orõ.

OMnipotens sempiterne Deus, qui cælestia simul & terrena moderaris: supplicationes populi tui clementer exaudi, & pacem tuam nostris concede temporibus. Per Dominum.

Dñica iij. post Epiph. Aña Dñe, si vis, potes me mũdare: & ait Iesus: Volo, mũdare.

℣. Dirigatur Domine. vt supra. Oro.

OMnipotens sempiterne Deus infirmitatem nostram propitius respice: atque ad protegendum nos, dexteram tuæ maiestatis extende. Per Dominum.

Dominica iiij. post Epiph. Antiphona. Domine, salua nos, perimus: impera; & fac Deus tranquillitatem.

℣. Dirigatur Domine. vt supra. Oro.

DEus, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis & corporis: vt ea, quæ pro peccatis nostris patimur, te adiuuante vincamus. Per Dominum nostrum.

Dominica v. post Epiphaniam. Antiph. Colligite primùm zizania, et alligate ea in fasciculos ad cõburendum: triticũ autem

congregate in horreum meum, dicit Dñs.
℣. Dirigatur Domine. vt ſupra. Oratio.
FAmiliam tuam, quæſumus Dñe, continua pietate cuſtodi: vt quæ in ſola ſpe gratiæ cæleſtis innititur, tua ſemper protectione muniatur. Per eumdem Do.

Dominica vj. poſt Epiphaniam. Aña.
Simile eſt regnum cęlorũ fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum.
℣. Dirigatur Domine. vt ſupra. Oratio.
PRæſta, quæſumus omnipotens Deus: vt ſemper rationabilia meditãtes, quæ tibi ſunt placita, & dictis exequamur, & factis. Per Dominum noſtrum.

Dominica in Septuageſima. Aña. Dixit pater familias operarijs ſuis: Quid hic ſtatis tota die otioſi? At illi reſpõdẽtes dixerunt: Quia nemo nos conduxit. Ite & vos in vineã meã: & quod iuſtũ fuerit, dabo vobis.
℣. Dirigatur Domine. vt ſupra. Oratio.
PReces populi tui, quæſumus Dñe, clementer exaudi: vt qui iuſtè pro peccatis noſtris affligimur: pro tui nominis gloria miſericorditer liberemur. Per Dñm.

Dñica in Sexageſima. Aña. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, ceteris autem in parabolis: dixit Ieſus diſcipulis ſuis.

℣. Dirigatur Domine. vt ſupra. Oratio.

DEus, qui conſpicis, quia ex nulla noſtra actione confidimus: cõcede propitius: vt contra aduerſa omnia, doctoris gentium protectione muniamur. Per Do.

DOMINICA
in Quinquageſima. Aña.

STans autem Ieſus iuſſit cæcum adduci ad ſe, & ait illi: Quid vis vt faciam tibi? Dñe, vt videam. Et Ieſus ait illi: Reſpice, fides tua te ſaluũ fecit. Et confeſtim vidit & ſequebatur illum, magnificans Deum.

℣. Dirigatur Domine. vt ſupra. Oratio.

PReces noſtras, quæſumus Domine, clementer exaudi: atque à peccatorum vinculis abſolutos, ab omni nos aduerſitate cuſtodi. Per Dominum.

TEMPORE QVADRAGESIMÆ.
Feria quarta Cinerum. Antiphona.

Theſaurizate vobis theſauros in cælo, vbi nec ærugo, nec tinea demolitur.

℣. Dirigatur Domine. fol. 170. Oratio.

PRæſta Domine fidelibus tuis: vt ieiuniorum veneranda ſolemnia, & congrua pietate ſuſcipiant, & ſecura deuotione percurrant. Per Dominum.

Feria quinta, Antiphona.

Dñe, nõ sũ dignus, vt intres ſub tectũ meũ: ſed tñ dic verbo, & ſanabitur puer meus.

℣. Dirigatur Domine. fol. 170. Oratio.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, auerte. Per Dominum.

Feria ſexta. Antiphona. Tu autem, cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum.

℣. Dirigatur Domine. fol. 170. Oratio.

INchoata ieiunia, quæſumus Domine, benigno fauore proſequere: vt obſeruantiam, quam corporaliter exhibemus, mẽtibus etiam ſinceris exercere valeamus. Per Dominum noſtrum.

Sabbato. Antiphona.

Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet, Ecce adſum.

℣. Di-

℣. Dirigatur Domine. fol. 170. Oratio.

A Desto Domine supplicationibus nostris: & concede, vt hoc solemne ieiunium, quod animabus corporibusque curandis salubriter institutum est, deuoto seruitio celebremus. Per Dominum.

DOMINICA PRIMA

Quadragesimæ. Antiphona.

ECce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis; in his ergo diebus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in ieiunijs, in vigilijs, & in charitate non ficta. ℣. Angelis suis Deus mandauit de te. ℟. Vt custodiãt te in omnibus vijs tuis. Oratio.

DEus, qui Ecclesiam tuam annua quadragesimali obseruatione purificas: præsta familiæ tuæ, vt quod à te obtinere abstinendo nititur, hoc bonis operibus exequatur. Per Dominum.

Feria ij. Aña. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, dicit Dominus.

℣. Angelis suis. vt supra. Oratio.

COnuerte nos Deus salutaris noster, et vt nobis ieiunium quadragesimale profi-

proficiat, mentes nostras cælestibus initrue disciplinis. Per Dominum.

Feria iij. Aña Scriptum est enim, quia domus mea, domus orationis est cũctis gentibus: vos autẽ fecistis illam speluncã latronum. Et erat quotidie docens in templo.

℣. Angelis suis. vt supra. 173. Oratio.

RESpice Dñe familiã tuã: & præsta, vt apud te mẽs nostra tuo desiderio fulgeat, q̃ se carnis maceratione castigat. Per.

Feria iiij. Quatuor Temp. Quadr. Aña Sicut fuit Ionas in ventre cæti tribus diebus, & tribus noctibus: ita erit filius hominis in corde terræ.

℣. Angelis suis. vt supra. 173. Oratio.

PReces nostras, q̃s Dñe, clemẽter exaudi, & contra cuncta nobis aduersãtia, dexteram tuæ maiestatis extende. Per Do.

Feria v. Antiphona. O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti.

℣. Angelis suis. vt supra 173. Oratio.

DEuotionem populi tui, quæsumus Dñe, benignus intende: vt qui per abstinentiã macerantur in corpore, p fructũ boni operis reficiantur in mente. Per.

Feria

Feria vj. Quatuor Temp. Quadrag. Aña.
Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula in pace.
℣. Angelis ſuis. vt ſupra. 173. Oratio.
ESto Domine propitius plebi tuæ: & quam tibi facis eſſe deuotam, benigno refoue miſeratus auxilio. Per Dominum.
Sabbato Quatuor Temp. Quadrag. Aña.
Viſionem quam vidiſtis, nemini dixeritis, donec à mortuis reſurgat filius hominis.
℣. Angelis ſuis. vt ſupra. 173. Oratio.
POpulum tuum quæſumus Dñe, propitius reſpice: atque ab eo flagella tuæ iracundiæ clementer auerte. Per Dñm.

DOMINICA SECVNDA Quadrageſimæ. Antiphona.

VIſionẽ quã vidiſtis, nemini dixeritis, donec à mortuis reſurgat Fili⁹ hoĩs.
℣. Angelis ſuis. vt ſupra. 173. Oratio.
DEus, qui conſpicis, omni nos virtute deſtitui, interius exteriuſque cuſtodi: vt ab omnibus aduerſitatibus muniamur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum.
Feria ij. Antiphona. Qui me miſit, mecum

cum eſt, & non reliquit me ſolum: quia quæ placita ſunt ei, facio ſemper. ℣. Angelis ſuis Deus. vt ſupra 173. Oratio.

PRæſta, quæſumus omnipotens Deus: vt familia tua, quæ ſe, affligendo carnem ab alimentis abſtinet: ſectando iuſtitiam, à culpa ieiunet. Per Dominum.

Feria iij. Antiphona. Omnes autem vos fratres eſtis: & patrem nolite vocare vobis ſuper terram: vnus eſt enim Pater veſter, qui in cælis eſt: nec vocemini magiſtri, quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. ℣. Angelis ſuis. vt ſupra. 173. Oratio.

PErfice, quæſumus Domine, benignus in nobis obſeruantiæ ſanctæ ſubſidiũ: vt, quæ te auctore facienda cognouimus, te operante impleamus. Per Dominum.

Feria iv. Aña. Tradetur enim gentibus ad illudẽdũ, & flagellandũ, & crucifigendũ. ℣. Angelis ſuis. vt ſupra 173. Oratio.

POpulum tuum, quæſumus Dñe, propitius reſpice: & quos ab eſcis carnalibus præcipis abſtinere, à noxijs quoque vitijs ceſſare concede. Per Dominum.

Feria v. Aña. Diues ille guttam aquæ petijt,

tijt, qui micas panis Lazaro negauit.

℣. Angelis ſuis. vt ſupra. 173. Oratio.

PRæſta nobis quæſumus Dñe, auxiliũ gratiæ tuæ: vt ieiunijs & orationibus conuenienter intenti, liberemur ab hoſtibus mentis & corporis. Per Dominum.

Feria vj. Antiphona.

Quærentes eum tenere, timuerunt turbam: quoniam ſicut prophetam eum habebant.

℣. Angelis ſuis. vt ſupra. 173. Oratio.

DA, quæſumus omnipotens Deus: vt ſacro nos purificãte ieiunio, ſinceris mentibus ad ſancta ventura facias peruenire. Per Dominum noſtrum.

Sabbato. Antiphona.

Dixit autem pater ad ſeruos ſuos: Citò proferte ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius, & calceamenta in pedibus eius.

℣. Angelis ſuis. vt ſupra. 173. Oratio.

DA, quæſumus Domine noſtris effectũ ieiunijs ſalutarem vt caſtigatio carnis aſſumpta ad noſtrarum vegetationem tranſeat animarum. Per Dominum.

DO-

DOMINICA TERTIA Quadragesimæ. Antiphona.

EXtollens vocem quædam mulier de turba, dixit: Beatus venter, qui te portauit: & vbera, quæ suxisti. At Iesus ait illi: Quinimmò, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

℣. Angelis suis. vt supra. 173. Oratio.

QVæsumus ops Deus, vota humilium respice: atque ad defensionē nostrā, dexteram tuæ maiestatis extende. Per Do.

Feria secunda, Antiphona. Iesus autem transiens per medium illorum ibat.

℣. Angelis suis. vt supra. 173. Oratio.

COrdibus nostris, q̃s Dñe, gratiã tuam benignus infunde: vt sicut ab escis carnalibus abstinemus, ita sensus quoq. nostros à noxijs retrahamus excessibus. Per.

Feria iij. Aña. Vbi duo, vel tres cōgregati fuerint in noĩe meo, in medio eorũ sum, dicit Dñs. ℣. Angelis. vt sup. 173. Orõ.

EXaudi nos omnipotens & misericors Deus: & continentiæ salutaris propitius nobis dona concede. Per Dominum.

Feria iiij. Antiphona. Non lotis manibus

man-

manducare, non coinquinat hominem.
℣. Angelis ſuis. vt ſupra. 173. Oratio.
PRæſta nobis, quæſumus Domine: vt ſalutaribus ieiunijs eruditi, à noxijs quoque vitijs abſtinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per Dominum noſtrum.

Feria v. Aña. Omnes qui habebant infirmos, ducebat illos ad Ieſum, & ſanabãtur. ℣. Angelis ſuis. vt ſupra. 173. Oratio.
MAgnificet te Dñe ſanctorum tuorũ Coſmę & Damiani beata ſolẽnitas: qua & illis gloriã ſempiternam, & opem nobis ineffabili prouidentia cõtuliſti. Per.

Feria vj. Aña. Dñe, vt video, propheta es tu: patres noſtri in monte hoc adorauerunt. ℣. Angelis ſuis. vt ſup. 173. Orõ.
IEiunia noſtra, quæſumus Domine, benigno fauore proſequere: vt ſicut ab alimentis abſtinemus in corpore, ita à vitijs ieiunemus in mente. Per Dominum.

Sabbato. Antiphona. Nemo te condemnauit mulier? Nemo Domine. Nec ego te condemnabo: iam amplius noli peccare. ℣. Angelis ſuis. vt ſupra. 173. Oratio.

Præſta,

PRæſta, quæſumus omnipotens Deus: vt qui ſe, affligendo carnem, ab alimentis abſtinent: ſectando iuſtitiam, à culpa ieiunent. Per Dominum.

DOMINICA QVARTA Quadrageſimæ, Antiphona.

SVbijt ergo in montem Ieſus, & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.

℣. Angelis ſuis Deus. ſupra. 173. Oro:

COncede, quæſumus, omnipotens Deus: vt qui ex merito noſtræ actionis affligimur, tuæ gratię conſolatione reſpiremus. Per Dominum.

Feria ij. Antiphona. Soluite templum hoc, dicit Dominus: & poſt triduum reædificabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis ſui.

℣. Angelis ſuis. vt ſupra. 173. Oratio.

PRæſta, quæſumus omnipotens Deus: vt obſeruationes ſacras annua deuotione recolentes, & corpore tibi placeamus, & mente. Per Dominum.

Feria iij. Aña. Nemo in eum miſit manum, quia nondum venerat hora eius.

℣. Angelis ſuis Deus. vt ſup. 173. Oro.

SAcræ nobis, quęsumus Domine, obseruationis ieiunia, & piæ conuersationis augmentum, & tuæ propitiationis continuum præstent auxilium. Per Dominum.

Feria quarta. Antiphona. Ille homo qui dicitur Iesus lutum fecit ex sputo, & liniuit oculos meos, & modò video.

℣. Angelis suis. vt supra. 173. Oratio.

DEus, qui & iustis præmia meritorũ, & peccatoribus per ieiuniũ veniam præbes: miserere supplicibus tuis; vt reatus nostri confessio, indulgentiam percipere valeat delictorum. Per Dominum.

Feria quinta, Antiphona.

Propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam.

℣. Angelis suis Deus. vt supra. 173. Oro.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus: vt quos ieiunia votiua castigant, ipsa quoque deuotio sancta lætificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cælestia capiamus. Per Dominum.

Feria sexta, Antiphona. Domine si fuisses hic, Lazarus non esset mortuus: ecce iam fœtet quatriduanus in monumento.

 ℣. An-

℣. Angelis suis. vt supra. 173. Oratio.

DEus, qui ineffabilibus mundum renouas sacramentis: præsta quæsumus, vt Ecclesia tua & æternis proficiat institutis, & temporalibus non destituatur auxilijs. Per Dominum.

Sabbato, Antiphona. Ego sum, qui testimonium perhibeo de meipso: & testimonium perhibet de me, qui misit me Pater.

℣. Angelis suis. vt supra. 173. Oratio.

FIat Dñe, quæsumus per gratiam tuam fructuosus nostrę deuotionis affectus: quia tunc nobis proderunt suscepta ieiunia, si tuæ sint placita pietati. Per Dñm.

DOMINICA

Passionis, Antiphona.

ABrahã pater vester exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauisus est.

℣. Eripe me Domine ab homine malo.

℟. A viro iniquo eripe me. Oratio.

QVæsumus omnipotens Deus, familiam tuam propitius respice: vt te largiente regatur in corpore, & te seruante custodiatur in mente. Per Dominum.

Feria secunda, Antiphona. Si quis sitit,

veniat ad me, & bibat : & de ventre eius fluent aquæ viuæ, dicit Dominus.

℣. Eripe me domine. vt ſup. 177. Oro.

SAnctifica, quęſumus Dñe, noſtra ieiunia: & cunctarum nobis indulgẽtiam propitius largire culparum. Per Dominũ.

Feria iij. Antiph. Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego autem non aſcendam, quia tempus meum nondum aduenit.

℣. Eripe me Domine. vt ſup. 177. Oro.

NOſtra tibi, quæſumus Domine, ſint accepta ieiunia : quæ nos expiando gratia tua dignos efficiant, & ad remedia perducant æterna. Per Dominum.

Feria quarta, Antiphona.

Multa bona opera operatus ſum vobis, propter quod opus vultis me occidere?

℣. Eripe me Domine. vt ſup. 177. Oro.

SAnctificato hoc ieiunio, Deus tuorũ corda fidelium miſerator illuſtra : & quibus deuotionis pręſtas affectum, prębe ſupplicantibus piũ benignus auditũ. Per.

Feria v. Aña. Deſiderio deſideraui hoc Paſcha mãducare vobiſcum antequã patiar.

℣. Eripe me Domine. vt ſup. 177. Oro.

PRæsta, quæsumus omnipotēs Deus: vt dignitas conditionis humanæ per immoderātiā sauciata, medicinalis parsimoniæ studio reformetur. Per Dominum.

Feria sexta, Antiphona.

Principes sacerdotum consilium fecerunt, vt Iesum occiderent: dicebant autem: Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo.

Eripe me Domine. vt sup. 177. Orō

COrdibus nostris, quæsumus Domine, gratiam tuam benignus infunde: vt peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes, temporaliter potius maceremur, quàm supplicijs deputemur æternis. Per Dominum.

Sabbato, Antiphona.

Pater iuste, mundus te non cognouit: ego autem noui te, quia tu me misisti.

℣. Eripe me Domine. vt sup. 177. Orō.

PRoficiat, quæsumus Domine, plebs tibi dicata piæ deuotionis affectu: vt sacris actionibus erudita, quantò maiestati tuæ sit gratior, tantò donis potioribus augeatur. Per Dominum.

DOMINICA

Palmarum, Antiphona.

SCriptum est enim: Percutiam pastorē, & dispergentur oues gregis: postquā autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam: ibi me videbitis, dicit Dominus.

℣. Eripe me Domine. vt sup. 177. Oro.

OMnipotēs sēpiterne Deus, q humano generi ad imitādū humilitatis exēplum Saluatorē nostrū carnē sumere, & crucē subire fecisti, cōcede propitius, vt & patiētię ipsius habere documēta, & resurrectionis cōsortia mereamur. Per eūdem.

Feria ij. Antiph. Non haberes in me potestatem: nisi desuper tibi datum fuisset.

℣. Eripe me Domine. vt sup. 177. Oro.

DA, quæsumus omnipotens Deus: vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus, intercedente vnigeniti filij tui passione respiremus. Qui tecum viuit.

Feria iij. Aña. Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam.

℣. Eripe me Domine. vt sup. 177. Oro.

OMnipotēs sempiterne De', da nobis ita Dominicæ Passionis sacramenta per-

peragere: vt indulgentiam percipere mereamur. Per eumdem Dominum.

Feria quarta. Antiphona.

Ancilla dixit Petro: Verè tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit.

℣. Eripe me Domine. vt sup. 177. Oro.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus: vt qui nostris excessibus incessanter affligimur, per vnigeniti Filij tui passionem liberemur. Qui tecum viuit & regnat.

FERIA QVINTA

in Cœna Domini, Antiphona.

COenantibus autem illis, accepit Iesus panē, & benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis. ℣. Christus factus est pro nobis obediens. ℟. Vsq. ad mortem. Oro.

REspice, quæsumus Domine super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster Iesus Christus non dubitauit manibus tradi nocentium, & crucis subire tormentum. Qui tecum.

FERIA SEXTA

in Parasceue. Antiphona.

CVm accepisset acetū, dixit: Consummatum est, & inclinato capite emisit spiri-

ſpiritum. ℣. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem. ℟. Mortem autem Crucis. Oratio. Reſpice, quęſumus Domine, ſuper hanc, &c. vt ſupra.

Sabbato ſancto. Antiphona.

MVlieres ſedentes ad monumentum lamentabantur, flentes Dominum. ℣. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. ℟. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Oro. Reſpice, quæſumus. vt ſup.

DOMINICA

Reſurrectionis. Antiphona.

ET reſpicientes viderũt reuolutum lapidẽ, erat quippe magnus valdè, allel. Deinde pro ℣. ſic dr, Hæc dies, quã fecit Dñs: exultemus, & lætemur in ea. Oratio.

DEus, qui hodierna die per vnigenitum tuum, æternitatis nobis aditum deuicta morte reſeraſti: vota noſtra, quæ præueniendo aſpiras, etiam adiuuando proſequere. Per eumdem Dominum.

Feria ſecunda. Antiphona.

Qui ſunt hi ſermones, quos cõfertis ad in-

uicem ambulantes, & estis tristes? alleluia.
Deinde, Hæc dies. vt supra. Oratio.
DEus, qui solẽnitate Paschali, mũdo remedia cõtulisti: populũ tuũ, quæsumus cælesti dono prosequere, vt & perfectam libertatem cõsequi mereatur, & ad vitam proficiat sempiternam. Per Dñm.
Feria iij. Añа. Videte man⁹ meas & pedes meos, quia ego ipse sum, alleluia, alleluia.
Deinde, Hæc dies. vt supra. Oratio.
DEus, qui Ecclesiam tuam nouo semper fętu multiplicas: concede famulis tuis, vt sacramentum viuendo teneant, quod fide perceperunt. Per Dominum.
Feria iv. Antiph. Dixit Iesus discipulis suis: Afferte de piscibus, quos prendidistis nunc. Ascendit autem Simon Petrus, & traxit rete in terram plenũ magnis piscibus, alleluia.
Deinde, Hæc dies. vt supra. Oratio.
DEus, qui nos resurrectionis Dominicæ annua solemnitate lætificas: concede propitius; vt per temporalia festa, quę agimus, peruenire ad gaudia æterna mereamur. Per Dominum nostrum.
Feria

Feria quinta, Antiphona.

Tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum: si tu sustulisti eum, dicito mihi, alleluia: & ego eum tollam, alleluia.

Deinde, Hæc dies. vt supra. Oratio.

DEus, qui diuersitatem gẽtium in cõfessione tui nominis adunasti: da, vt renatis fonte baptismatis, vna sit fides mentium, & pietas actionum. Per Dominum.

Feria vj. Antiphona. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, alleluia.

Deinde, Hæc dies. vt supra. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Paschale sacramentum in recõciliationis humanæ fœdere contulisti: da mentibus nostris; vt quod professione celebramus, imitemur effectu. Per Dominum.

Sabbato in Albis, Aña. Currebant duo simul, & ille alius discipulus pcucurrit citius Petro, & venit prior ad monumentũ.

Deinde, Hæc dies. vt supra. Oratio.

COncede, quæsumus omnipotens Deus: vt qui festa Paschalia venerando egimus, per hæc contingere ad gaudia æterna mereamur. Per Dominum.

Domi-

Dominica in Albis, Antiphona.

POst dies octo ianuis clausis ingressus Dñs, dixit eis: Pax vobis, alleluia, allel.

℣. Mane nobiscum Domine, alleluia.

℟. Quoniam aduesperascit, allel. Oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus, vt qui Paschalia festa peregimus, hæc te largiēte, moribus & vita teneamus. Per.

Dñica ij. post Pascha. Aña. Ego sum pastor bonus, qui pasco oues meas, & pro ouibus meis pono animam meam, alleluia.

℣. Mane nobiscum. vt supra. Oratio.

DEus, qui in Filij tui humilitate iacentem mundum erexisti, fidelibus tuis perpetuam concede lætitiam: vt quos perpetuæ mortis eripuisti casibus, gaudijs facias sempiternis perfrui. Per eumdem.

Dominica iij. post Pascha. Antiphona. Amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos verò contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium, alleluia.

℣. Mane nobiscum. vt supra. Oratio.

DEus, qui errantibus, vt in viā possint redire iustitiæ, veritatis tuæ lumen

ostendis:

ostendis: da cunctis, qui Christiana professione censentur, & illa respuere, quæ huic inimica sunt nomini, & ea, quæ sunt apta, sectari. Per Dominum.

Dñica iv. post Pascha. Aña. Vado ad eum qui misit me: sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum, alleluia.

℣. Mane nobiscum. vt supra. Oratio.

DEus, qui fidelium mentes vnius efficis voluntatis; da populis tuis id amare, quod pręcipis, id desiderare, quod promittis: vt inter mũdanas varietates, ibi nr̃a fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia. Per.

Dominica v. post Pascha. Antiph.

PEtite, & accipietis, vt gaudiũ vestrum sit plenum, ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, allelu.

℣. Mane nobiscum. vt supra. Oratio.

DEus, à quo bona cuncta procedunt: largire supplicibus tuis, vt cogitemus te inspirante, quę recta sunt, & te gubernãte eadem faciamus. Per Dominum.

Feria ij. in Rogationibus, Antiphona.

Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis, alleluia.

℣. Mane

℣. Mane nobiscum. vt supra. Oratio.
PRæsta, quæsumus ōps Deus: vt qui in afflictione nr̃a de tua pietate confidimus: contra aduersa omnia, tua semper protectione muniamur. Per Dominum.
Feria iij. in Rogationibus, Antiphona.
Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mũdum, & vado ad Patrẽ, allel.
℣. Mane nobiscum. vt sup. 181. Oratio.
Deus, à quo bona. vt in Dñica præcedẽti.
In Vigilia Ascensionis, Aña. Pater, venit hora, clarifica filium tuum claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te, alleluia. ℣. Mane nobiscum. vt sup. 181.
Orõ. Deus, à quo. vt in Dñica præcedẽti.

IN ASCENSIONE Domini, Antiphona.

O Rex gloriæ Domine virtutum, qui triumphator hodie super omnes cælos ascendisti, ne derelinquas nos orphanos, sed mitte promissum Patris in nos Spiritũ veritatis, allel. ℣. Dñs in cęlo, alleluia. ℟. Parauit sedem suam, alleluia. Oratio.
COncede quæsumus oĩpotens Deus: vt qui hodierna die vnigenitũ tuum

redem-

redemptorem nostrum ad cælos ascendisse credimus, ipsi quoque mente in cælestibus habitemus. Per eumdem Dominum.

Dominica infra octa. Ascensionis, Aña.

HÆc locutus sum vobis, vt cùm venerit hora eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis, alleluia.

℣. Dominus in cælo. vt supra. Oratio.

OMnipotẽs sempiterne Deus, fac nos tibi semper, & deuotam gerere voluntatem, & maiestati tuæ sincero corde seruire. Per Dominum.

IN FESTO PENTECOSTES,

Antiphona.

HOdie completi sunt dies Pẽtecostes, alleluia: hodie Spiritus sãct⁹ in igne discipulis apparuit, & tribuit eis charismatum dona, misit eos in vniuersum mundum prædicare, & testificari: qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, allelu.

℣. Loquebantur varijs linguis Apostoli, alleluia. ℟. Magnalia Dei, alleluia. Orõ.

DEus, qui hodierna die corda fideliũ sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, &

de

de eius semper consolatione gaudere. Per Dominum. In vnitate eiusdem.

Feria ij. Antiphona. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus, alleluia.

℣. Loquebantur. vt supra. 183. Oratio.

DEus, qui Apostolis tuis sanctũ dedisti Spiritũ: cõcede plebi tuæ piȩ petitionis effectũ: vt quibus dedisti fidem, largiaris & pacem. Per Dñm. In vnit. eiusdẽ.

Feria iij. Antiphona. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis, alleluia.

℣. Loquebantur. vt supra. 183. Oratio.

ADsit nobis, quæsumus Dñe, virtus Spiritus sancti, quæ & corda nostra clementer expurget, & ab oĩbus tueatur aduersis. Per Dñm. In vnitate eiusdem.

Feria iv. Quatuor Tẽporum Pent. Aña. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis, quem ego dabo caro mea est pro mundi vita, alleluia.

℣. Loquebantur. vt supra. 183. Oratio.

MEntes nostras, quęsumus Domine, Paraclitus qui à te procedit, illuminet: & inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem. Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem.

Feria v. Aña. Spiritus qui à Patre ꝓcedit, alleluia: ille me clarificabit, alleluia, allelu.

℣. Loquebantur. vt supra. 183. Oratio.

Deus, qui hodierna die corda. vt supra.

Feria sexta Quatuor Temporum Pentecost. Antiphona.

Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis, alleluia.

℣. Loquebātur varijs. vt sup. 183. Oro.

DA, quæsumus Ecclesiæ tuæ misericors Deus: vt sancto Spiritu congregata, hostili nullatenus incursione turbetur. Per Dominum. In vnitate eiusdem.

Sabbato Quatuor Temporum Pentecost. Antiphona.

Charitas Dei diffusa est in cordib⁹ nostris per inhabitantē Spiritū eius in nobis, allel.

℣. Loquebantur. vt supra. 183. Oratio.

M enti-

MEntibus nostris, q̃s Dñe, Spiritum sãctum benignus infunde: cuius & sapientia conditi sumus, & prouidẽtia gubernamur. Per Dñm. In vnitate eiusdem.

IN FESTO S. TRINITATIS,

Antiphona.

TE Deum Patrem ingenitum, te Filium vnigenitum, te Spiritum sanctum paraclitum, sanctam & indiuiduam Trinitatem, toto corde & ore confitemur, laudamus atque benedicimus: tibi gloria in sæcula. ℣. Benedictus es Domine in firmamento cæli. ℟. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis, in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriã agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatem: quæsumus, vt eiusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduersis. Per Dominum nostrum.

Eodem die fit cõmemorat. primæ Dñicæ post Pentecosten. Aña. Nolite iudicare, vt nõ iudicemini: in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, dicit Dominus.

℣. Diri-

℣. Dirigatur Dñe. vt sup. 170. Oratio.

DEus in te sperantium fortitudo, adesto propitius inuocationibus nostris: & quia sine te nihil potest mortalis infirmitas, præsta auxiliũ gratiæ tuæ; vt in exequendis mandatis tuis, & voluntate tibi, & actione placeamus. Per Dominum.

IN FESTO CORPORIS Christi, Antiphona.

O Sacrum cõuiuium, in quo Christus sumitur: recolitur memoria passionis eius, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur, alleluia.

℣. Panem de cælo præstitisti eis, alleluia.

℟. Omne delectamentum in se habẽtem, alleluia. Oratio.

DEus, qui nobis sub Sacramento mirabili, passionis tuæ memoriam reliquisti: tribue quæsumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis & regnas &c.

Dominica infra Octa. Corporis Christi, quæ est secunda post Pentecosten, Aña.

Exi citò in plateas & vicos ciuitatis: &

pauperes ac debiles, cæcos & claudos cõpelle intrare, vt impleatur domus mea, alleluia, alleluia. ℣. Cibauit illos ex adipe frumenti, alleluia. ℟. Et de petra, melle saturauit eos, alleluia. Oratio.

SAncti nominis tui Domine, timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum: quia numquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate tuæ dilectionis instituis. Per Dominum.

Dñica iij. post Pentecosten, Antiphona. Quæ mulier habens drachmas decem: & si perdiderit drachmam vnam, nonnè accendit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligenter, donec inueniat? ℣. Dirigatur Domine. 170. Oratio.

PRotector in te sperantium Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum: multiplica super nos misericordiã tuam: vt te rectore, te duce, sic trãseamus p̄ bona temporalia, vt nõ amittamus æterna. Per.

Dñica iiij. post Pentecost. Aña. Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete. ℣. Dirigatur Dñe. vt sup. 170. Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, vt & mundi cursus pacificè nobis tuo ordine dirigatur, & Ecclesia tua tranquilla deuotione lætetur. Per Dominum.

Dñica v. post Pentec. Añа. Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius recōciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum, alleluia.

℣. Dirigatur Dñe. vt sup. 170. Oratio.

DEus, qui diligentibus te bona inuisibilia præparasti: infunde cordibus nostris tui amoris affectum: vt te in omnibus, & super omnia diligentes, promissiones tuas, quæ omne desiderium superant, consequamur. Per Dominum.

Dñica vj. post Pentec. Añа. Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinēt me, nec habent quod manducent: & si dimisero eos ieiunos, deficiēt in via, alleluia.

℣. Dirigatur Dñe. vt sup. 170. Oratio.

DEus virtutum, cuius est totum, quod est optimum: insere pectoribus nostris amorem tui nominis, & præsta in no-

bis religionis augmentum: vt quæ sunt bona, nutrias: ac pietatis studio, quæ sunt nutrita, custodias. Per Dominum.

Dñica vij. post Pentecosten, Antiphona. Non potest arbor bona fructus malos facere, nec arbor mala fructus bonos facere: omnis arbor, quæ nõ facit fructũ bonum, excidetur, & in ignem mittetur, alleluia.

℣. Dirigatur Dñe. vt sup. 170. Oratio.

DEus, cuius prouidentia in sui dispositione nõ fallitur, te supplices exoramus, vt noxia cuncta submoueas, & omnia nobis profutura concedas. Per Dñm.

Dñica viij. post Pentec. Aña. Quid faciã, quia dñs meus aufert à me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, vt cùm amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas.

℣. Dirigatur Dñe. vt sup. 170. Oratio.

LArgire nobis, q̃s Dñe, semper spiritũ cogitandi quæ recta sunt, propitius & agendi: vt qui sine te esse non possumus, secundùm te viuere valeamus. Per.

Dominica ix. post Pentecost. Antiphona. Scriptum est enim, quia domus mea, do-

mus

mus orationis eſt cunctis gentibus: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Et erat quotidie docens in templo.

℣. Dirigatur Dñe. vt ſup. 170. Oratio.

PAteant aures miſericordiæ tuæ, Domine, precibus ſupplicantiũ: & vt petentibus deſiderata concedas, fac eos, quæ tibi ſunt placita poſtulare. Per Dominum.

Dominica x. poſt Pentecoſt. Antiphona.

Deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo: quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.

℣. Dirigatur Dñe. vt ſup. 170. Oratio.

DEus, qui omnipotentiam tuam, parcendo maximè & miſerando manifeſtas: multiplica ſuper nos miſericordiam tuam: vt ad tua promiſſa currentes, cæleſtium bonorum facias eſſe conſortes. Per.

Dñica xj. poſt Pẽtec. Añа. Bene omnia fecit: & ſurdos fecit audire, & mutos loqui.

℣. Dirigatur Dñe. vt ſup. 170. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui abundantia pietatis tuæ & merita ſupplicum excedis & vota: effunde ſuper nos miſericordiam tuam: vt dimittas quæ

conſcientia metuit, & adijcias quod oratio non præſumit. Per Dominum.

Dominica xij. poſt Pẽtecoſt. Antiphona.
Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho, & incidit in latrones: qui etiam deſpoliauerunt eum, & plagis impoſitis, abierunt ſemiuiuo relicto.

℣. Dirigatur Dñe. vt ſup. 170. Oratio.

OMnipotens & miſericors Deus, de cuius munere venit, vt tibi à fidelibus tuis dignè & laudabiliter ſeruiatur: tribue quæſumus nobis, vt ad promiſſiones tuas ſine offenſione curramus. Per Dñm.

Dominica xiij. poſt Pẽtecoſt. Antiphona.
Vnus autem ex illis, vt vidit quòd mũdatus eſt, regreſſus eſt cum magna voce magnificans Deum, alleluia.

℣. Dirigatur Dñe. vt ſup. 170. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus: da nobus fidei, ſpei, & charitatis augmentum: & vt mereamur aſſequi quod promittis, fac nos amare quod præcipis. Per.

Dominica xiiij. poſt Pentec. Antiphona.
Quærite primũ regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis, allel.

℣. Dirigatur Dñe. vt sup. 170. Oratio.

CVstodi Domine, quæsumus, Ecclesiam tuam propitiatione perpetua: & quia sine te labitur humana mortalitas, tuis sẽper auxilijs & abstrahatur à noxijs, & ad salutaria dirigatur. Per Dominum.

Feria iiij. Quatuor Temporũ Septembris.

Aña. Hoc genus dæmoniorum in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio.

℣. Dirigatur Dñe. vt sup. 170. Oratio.

MIsericordiæ tuæ remedijs, quæsumus Dñe, fragilitas nostra subsistat: vt quæ sua conditione atteritur, tua clementia reparetur. Per Dominum.

Feria vj. Quatuor Temporũ Septembris.

Antiphona. Mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, stans retro secus pedes Domini, lacrymis cępit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.

℣. Dirigatur Dñe. vt sup. 170. Oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus; vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes, & corpore tibi placeamus, & mente. Per Dominum.

Sabbato Quatuor Temporũ Septembris, Antiphona. Illuminare Domine ijs, qui in tenebris ſedent, & dirige pedes noſtros in viam pacis, Deus Iſrael.

℣. Dirigatur Dñe. vt ſup. 170. Oratio.

OMnipotẽs ſempiterne Deus, qui per continentiam ſalutarem corporibus mederis & mentibus: maieſtatẽ tuam ſuppliciter exoramus, vt pia ieiunantium deprecatione placatus, & præſentia nobis ſubſidia tribuas, & futura. Per Dominũ.

Dominica xv. poſt Pentecoſt. Antiphona. Propheta magnus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitauit plebem ſuam.

℣. Dirigatur Dñe. vt ſup. 170. Oratio.

ECcleſiam tuam Dñe, miſeratio continuata mundet & muniat: & quia ſine te non poteſt ſalua conſiſtere, tuo ſemper munere gubernetur. Per Dominum.

Dominica xvj. poſt Pẽtecoſt. Antiphona. Cùm vocatus fueris ad nuptias, recũbe in nouiſſimo loco: vt dicat tibi, qui te inuitauit: Amice aſcẽde ſuperius, & erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus, alleluia.

℣. Dirigatur Dñe. vt ſup. 170. Oratio.

Tua

TVa nos, q̃sumus Dñe, gratia sẽper & preueniat, & sequatur: ac bonis operibus iugiter præstet esse intentos. Per Do.

Dominica xvij. post Pentec. Antiphona.

Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei omnes, Dauid. Dicit eis Iesus: Quomodo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis?

℣. Dirigatur Dñe. vt sup. 170. Oratio.

DA, quæsumus Dñe, populo tuo diabolica vitare contagia, & te solum Deum pura mẽte sectari. Per Dominum.

Dominica xviij. post Pentec. Antiphona.

Tulit ergo paralyticus lectũ suum in quo iacebat, magnificans Deum: & omnis plebs, vt vidit, dedit laudem Deo.

℣. Dirigatur Dñe. vt sup. 170. Oratio.

DIrigat corda nostra, quæsumus Dñe, tuæ miserationis operatio: quia tibi sine te placere non possumus. Per Dñm.

Dominica xix. post Pentec. Antiphona.

Intrauit autem rex, vt videret discumbentes: & vidit ibi hominem non vestitũ veste nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo huc

intra-

intrasti, non habens vestem nuptialem?
℣. Dirigatur Dñe. vt sup. 170. Oratio.
OMnipotẽs & misericors De⁹, vniuersa nobis aduersantia ꝓpitiatus exclude: vt mente & corpore pariter expediti, q̃ tua sunt, liberis mẽtibus exequamur. Per.
Dominica xx. post Pentecost. Antiphona.
Cognouit autẽ pater, quia illa hora erat, in qua dixit Iesus: Filius tuus viuit: & credidit ipse, & domus eius tota.
℣. Dirigatur Dñe. vt sup. 170. Oratio.
LArgire, quæsumus Dñe: fidelibus tuis indulgentiam placatus, & pacem: vt pariter ab omnibus mundentur offensis, & secura tibi mente deseruiant. Per Dñm.
Dñica xxj. post Pentecost. Antiphona.
Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, nõnè ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? alleluia.
℣. Dirigatur Dñe. vt sup. 170. Oratio.
FAmiliam tuam, q̃sumus Dñe, cõtinua pietate custodi: vt à cunctis aduersitatibus te protegente sit libera: & in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per Dñm.

Dominica xxij. post Pentec. Antiphona.
Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo, alleluia.
℣. Dirigatur Dñe. vt sup. 170. Oratio.

DEus refugiũ nostrum, & virtus: adesto pijs Ecclesiæ tuæ precibus, auctor ipse pietatis, & presta: vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dñm.

Nota q̃ Dñicæ post Pent. sunt ad minimũ xxiij. ad summũ xxviij. q̃bus assignantur xxiiij. Orationes tñ: quare cũ fuerint Dñicæ xxiij. dr̃ xxiij. Oratio, cum sua Aña in antecedẽti propinquiori feria, & vigesima quarta Oro in vigesimatertia Dñica.

Si verò Dñicæ fuerint vigintiquinque, ĩ Dñica vigesima quarta dicit̃ Oratio Dñicæ sextæ post Epiphaniam, & in Dñica vigesima quinta, Oratio vigesimæquartæ.

Si fuerint xxvj. in Dñica xxiv. dr̃ Oratio Dñicæ quintæ post Epiphaniam: in Dñica xxv. Oratio Dñicæ sextæ, & in Dñica vigesimasexta, Oratio vigesimæquartæ.

Si fuerint xxvij. in Dominica xxiiij. dicitur Oro Dominicæ quartæ post Epiphaniam: in xxv. Oratio Dominicæ quintæ:

in xxvj. Oratio Dominicæ ſextæ: & in Dominica xxvij. Oratio vigeſimæquartæ.

Si fuerint xxviij. in Dñica xxiiij. dĩ Oratio Dñicæ tertiæ poſt Epiphaniam: in xxv. Oratio Dominicæ quartæ: in xxvj. Oratio Dñicæ quintæ: in xxvij. Oratio Dominicę ſextæ: & in Dominica xxviij. Oratio xxiv. Dominica xxiij. poſt Pentec. Antiphona.

At Ieſus conuerſus, & videns eam, dixit: Cõfide filia: fides tua te ſaluam fecit, allel.

℣. Dirigatur Dñe. vt ſup. 170. Oratio.

ABſolue, quęſumus Dñe, tuorum delicta populorum: vt à peccatorum nexibus, quæ pro noſtra fragilitate cõtraximus, tua benignitate liberemur. Per.

Dñica xxiv. & vltima poſt Pentecoſt. Añã.

Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt, dicit Dominus.

℣. Dirigatur Dñe. vt ſup. 170. Oratio.

EXcita, quæſumus Dne, tuorum fidelium voluntates: vt diuini operis fructum propenſius exequentes, pietatis tuæ remedia maiora percipiant. Per Dominũ.

ORATIONES PROPRIÆ DE SANCTIS,

Cum ſuis Antiphonis & Verſiculis.

In feſto ſancti Andreæ, Antiphona.

CVm perueniſſet beatus Andreas ad locum, vbi crux parata erat, exclamauit & dixit: O bona crux, diu deſiderata, & iam concupiſcenti animo præparata, ſecurus & gaudens venio ad te: ita & tu exultans ſuſcipias me diſcipulum eius, qui pependit in te.

℣. Annuntiauerunt opera Dei.

℟. Et facta eius intellexerunt. Oratio.

MAieſtatem tuam Domine ſuppliciter exoramus: vt ſicut Eccleſiæ tuæ beatus Andreas Apoſtolus extitit prædicator & rector: ita apud te ſit pro nobis perpetuus interceſſor. Per Dominum.

FESTA DECEMBRIS.

In feſto S. Nicolai Epiſcopi, Antiphona.

Sacerdos & Pontifex. ℣. Amauit eum. de Cõmuni Confeſſ. Pont. 216. Oratio.

Deus,

DEus, qui beatum Nicolaum Pontificem tuũ innumeris decorasti miraculis: tribue quæsumus, vt eius meritis & precibus à gehennæ incendijs liberemur. Per Dominum nostrum.

In festo sancti Ambrosij Episcopi & Cõfessoris & Ecclesiæ Doctoris, Antiphona.

O doctor optime. ℣. Iustum deduxit.

Oratio. Deus, qui populo tuo &c. 216.

IN FESTO CONCEPTIONIS
Beatæ Mariæ, Antiphona.

COnceptio tua Dei genitrix virgo, gaudiũ annuntiauit vniuerso mundo: ex te enim ortus est Sol iustitiæ Christus Deus noster: qui soluens maledictionem, dedit benedictionem: & cõfundens mortem, donauit nobis vitã sempiternam. ℣. Conceptio est hodie sanctæ Mariæ virginis. ℟. Cuius vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias.

Oratio.

FAmulis tuis, q̃sumus Domine, cælestis gratiæ munus impertire: vt quibus beatæ virginis partus extitit salutis exordium, Conceptionis eius votiua solemnitas, pacis tribuat incrementum. Per Dñm.

In festo S. Damasi Papæ & confess. Añã. Dum esset summus. ℣. Iustum deduxit. de Cõmuni Confess. Pont. 216. Oratio.

EXaudi Domine preces nostras: & interueniente beato Damaso confessore tuo atque Pontifice, indulgentiam nobis tribue placatus & pacem. Per Dñm.

In festo sanctæ Luciæ virginis & martyris, Antiphona.

IN tua patientia possedisti animã tuam, Lucia spõsa Christi: odisti quæ in mũdo sunt, & coruscas cum Angelis, sanguine proprio inimicum vicisti.

℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in æternũ. Orõ.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatæ Luciæ virginis & martyris tuæ festiuitate gaudemus: ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per Dominũ.

IN FESTO S. THOMÆ Apostoli, Antiphona.

QVia vidisti me, Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt, allel. ℣. Annũtiauerunt opera Dei. ℟. Et facta eius intellexerunt. Oratio.

DA, quæsumus Dñe, beati Apostoli tui Thomæ solénitatibus gloriari: vt eius semper & patrocinijs subleuemur, & fidem congrua deuotione sectemur. Per.

IN FESTO NATIVITATIS Domini, Antiphona.

HOdie Christus natus est, hodie Saluator apparuit: hodie in terra canũt Angeli, lætãtur Archangeli, hodie exultãt iusti, dicentes: Gloria in excelsis Deo, allel.

℣. Notum fecit Dominus, alleluia.

℟. Salutare suum, alleluia. Oratio.

COncede, quæsumus oĩpotens Deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnẽ natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eumdem Dñm.

In festo S. Stephani Protomartyris, Añа.

SEpelierunt Stephanum viri timorati: & fecerunt planctum magnum super eum. ℣. Stephanus vidit cælos apertos.

℟. Vidit, & introiuit: beatus homo, cui cæli patebant. Oratio.

DA nobis, q̃sumus Dñe, imitari quod colimus, vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui

nouit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Iesum Christum filiũ tuum: Qui tecum viuit & regnat &c.

In festo S. Ioannis Apost. & Euang. Aña.

ISte est Ioannes, qui supra pectus Dñi in cęna recubuit, beatus Apostolus, cui reuelata sunt secreta cęlestia. ℣. Valdè honorandus est beatus Ioannes. ℟. Qui supra pectus Dñi in cęna recubuit. Oratio.

ECclesiam tuam Domine benignus illustra: vt beati Ioannis Apostoli tui & Euangelistæ, illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per Dominum.

In festo SS. Innocentium, Antiphona.

INnocentes pro Christo infantes occisi sunt, ab iniquo rege lactẽtes interfecti sunt: ipsum sequuntur Agnum sine macula, & dicunt semper, Gloria tibi Dñe.
℣. Sub throno Dei omnes sancti clamãt.
℟. Vindica sanguinem nostrum Deus noster. Oratio.

DEus, cuius hodierna die præconium Innocentes martyres nõ loquendo, sed moriendo, cõfessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam,

quam lingua noſtra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Dominum.

In feſto S. Thomæ Cātuarienſis Epī & m̄. Añā & ℣. de Cōi vnius Mart. 215. Orō.

DEus, pro cuius Eccleſia glorioſus pontifex Thomas gladijs impiorum occubuit: præſta quæſumus, vt omnes, qui eius implorant auxilium, petitionis ſuę ſalutarem conſequantur effectū. Per Dn̄m.

In feſto S. Silueſtri Papæ & confeſſ. Añā. Dum eſſet. ℣. Iuſtū deduxit. 216. Orō.

DA, quæſumus omnipotens Deus: vt beati Silueſtri confeſſoris tui atque Pontificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutē. Per Dn̄m.

FESTA IANVARII.

In Circumciſione Domini, Antiphona.

MAgnum hereditatis myſterium, templum Dei factus eſt vterus neſciens virum: non eſt pollutus ex ea carnem aſſumens, omnes gentes venient, dicentes: Gloria tibi Domine.

℣. Notum fecit Dominus, alleluia.

℟. Salutare ſuum, alleluia. Oratio.

Deus, qui ſalutis æternæ. fol. 84.

IN EPIPHANIA Domini, Antiphona.

TRibus miraculis ornatum diem sanctũ colimus, hodie stella Magos duxit ad præsepium: hodie vinum ex aqua factum est ad nuptias: hodie in Iordane à Ioanne Christus baptizari voluit, vt saluaret nos, alleluia. ℣ Reges Tharsis, & insulæ munera offerẽt. ℟. Reges Arabum, & Saba dona adducent. Oratio.

DEus, qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus, stella duce, reuelasti: cõcede propitius, vt qui iam te ex fide cognouimus, vsque ad contemplandã speciẽ tuæ celsitudinis perducamur. Per eũdem.

In festo S. Hilarij Episc. & confess. Aña. Sacerdos & pontifex. ℣. Amauit eũ &c. de Communi Confess. Pontificis. Oratio. Deus, qui populo tuo æternæ. de Communi Confess. Pontif. 216.

Eodem die S. Felicis presb. & mart. Aña. Iste sanctus. ℣. Gloria & honore &c. de Cõmuni vnius Marty. 216. Oratio.

COncede, q̃s ops Deus: vt ad meliorẽ vitam sanctorũ tuorum exempla nos

prouocent: quatenus quorum ſolemnia agimus, etiam actus imitemur. Per Dñm.

In feſto S. Pauli primi Eremitæ, Antiph. Hic vir deſpiciẽs. ℣. Iuſtũ deduxit. Orõ. Deus, qui nos. de Cõi cõf. nõ Pont. 217.

Eodẽ die S. Mauri Abbatis, Antiphona. Similabo eum. ℣. Amauit eum. Oratio. Interceſſio nos, quæſumus Domine, &c. de Communi confeſſ. non Pontif. 217.

In feſto S. Marcelli Papæ & marty. Aña. Qui vult venire poſt. ℣. Iuſtus vt palma. de Communi vnius Marty. 214. Oratio.

PReces populi tui, quæſumus Dne, clementer exaudi: vt beati Marcelli martyris tui atque Pontificis meritis adiuuemur, cuius paſſione lætamur. Per Dñm.

In feſto S. Antonij Abbatis, Antiphona. Hic vir deſpiciens. ℣. Iuſtum deduxit. Oratio. Interceſſio nos, q̃ſumus Dñe, &c. de Communi confeſſ. non Pontif. 217.

In feſto Cathedræ S. Petri, qua Romæ primũ ſedit, Aña. Dũ eſſet ſummus Põtifex. vt in Communi confeſſ. Pontif. 217.

℣. Elegit te Dominus ſacerdotem ſibi.
℟. Ad ſacrificandũ ei hoſtiã laudis. Orõ.

Deus,

DEus, qui beato Petro Apostolo tuo collatis clauibus regni cęlestis, ligādi atque soluendi pōtificium tradidisti: concede, vt intercessionis eius auxilio, à peccatorum nostrorū nexibus liberemur. Qui viuis & regnas cum Deo Patre &c.

Eodem die fit commemoratio S. Pauli,

Aña. Sancte Paule Apostole, prædicator veritatis, & doctor gētium, intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit. ℣. Tu es vas electionis sancte Paule Apostole. ℞. Prędicator veritatis in vniuerso mūdo. Oro.

DEus, qui multitudinem gētium beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti: da nobis quæsumus; vt cuius cōmemorationem colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Eodem die S. Priscæ virginis & marty.

Aña. Veni sponsa Christi. ℣. Specie tua. de Communi Virginum. 217. Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus: vt qui beatæ Priscæ virginis & martyris tuæ natalitia colimus: & annua solemnitate lætemur, & tantæ fidei proficiamus exemplo. Per Dominum.

In festo SS. m̃. Fabiani & Sebastiani, Aña. Gaudent in cælis. ℣. Exultabunt sancti. de Cõmuni plurium Mart. 215. Oratio.

INfirmitatem nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beatorum martyrum tuorum Fabiani & Sebastiani intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum.

In festo sanctæ Agnetis virginis & martyris, Antiphona.

STans beata Agnes in medio flammæ, expãsis manibus orabat ad Dominum: Omnipotẽs, adorande, colende, tremende, benedico te, & glorifico nomen tuum in æternum. ℣. Diffusa est gratia. de Communi Virginum. 218. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, vt fortia quæque confundas: concede propitius; vt qui beatæ Agnetis virginis & martyris tuę solemnia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

In festo SS. Vincentij & Anastasij mart. Aña. Gaudẽt in cęlis. ℣. Exultabunt sancti in gloria. de Cõ. plur. Mar. 215. Orõ.

A desto

ADesto Domine supplicationibus nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus: beatorum martyrum tuorum Vincentij & Anastasij intercessione liberemur. Per Dominum.

In festo S. Timothei Episc. & marty. Aña & ℣. de Communi vnius Mart. Oratio. Infirmitatem. vt in eodẽ Cõmuni. 215.

In Conuersione S. Pauli Apostoli, Aña. Sancte Paule Apostole, prædicator.

℣. Tu es vas electionis. vt sup. 195. Oĩo.

DEus, qui vniuersum mundum beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti: da nobis quæsumus, vt qui eius hodie cõuersionem colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Eodem die fit commemor. S Petri, Aña. Tu es pastor ouiũ, princeps Apostolorũ, tibi traditæ sunt claues regni cælorum.

℣. Tu es Petrus. ℟. Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Oratio.

Deus, qui beato Petro. fol. 195.

In festo S. Polycarpi Episcopi & marty. Aña & ℣. de Cõmuni vnius Mart. Oĩo. Deus, qui nos. de eodem Cõmuni. 215.

In festo S. Ioannis Chrysostomi Episcopi & Confessoris, Antiphona.

O doctor optime. ℣. Iustum deduxit. de Communi Doctorum. 216. Oratio.

ECclesiã tuã, q̃s Dñe, gratia cęlestis amplificet: quã beati Ioannis Chrysostomi confessoris tui atque Põtificis illustrare voluisti gloriosis meritis & doctrinis. Per.

FESTA FEBRVARII.

In festo S. Ignatij Episc. & martyris, Añа.

Qui vult venire. ℣. Iustus vt palma. Oro. Infirmitatem. de Cõi vnius Marty. 215.

IN FESTO PVRIFICATIONIS B. Mariæ Virginis, Antiphona.

HOdie beata Virgo Maria puerũ Iesum pręsentauit in tẽplo, & Simeon repletus Spiritu sancto accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum in æternum. ℣. Responsum accepit Simeon à Spiritu sancto. ℟. Non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, maiestatem tuam supplices exoramus: vt sicut vnigenitus filius tuus hodierna die cum nostræ carnis substantia in templo est

præ-

præſentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibus præſentari. Per eumdem Dñm.

In feſto S. Agathæ virg. & martyris, Aña.

STans beata Agatha in medio carceris, expãſis manibus orabat ad Dñm: Dñe Ieſu Chriſte, magiſter bone, gratias tibi ago, qui me feciſti vincere torm ẽta carnificum: iube me Dñe ad tuã immarceſcibilẽ gloriã feliciter peruenire. ℣. Specie tua. Oratio. Deus, qui inter cetera potentiæ. de Communi Virginum. 217.

In feſto S. Romualdi Abbatis, Antiph. Hic vir deſpiciens. ℣. Iuſtum deduxit. Oratio. Interceſſio nos, quæſumus Domine, beati Romualdi Abbatis. de Communi Confeſſ. non Pontif. 217.

In feſto Cathedræ S. Petri Antiochiæ, dicitur vt ſupra in Cathedra Romana. 195.

In feſto S. Matthiæ Apoſtoli, Antiphona. Eſtote fortes. ℣. Annuntiauerunt. de Communi Apoſtolorum. 214. Oratio.

DEus, qui beatũ Matthiã Apoſtolorũ tuorũ collegio ſociaſti: tribue quæſumus: vt eius interuentione, tuæ circa nos pietatis ſemper viſcera ſentiamus. Per Do.

F E-

FESTA MARTII.

In festo S. Casimiri confess. Antiphona. Hic vir despiciens. ℣. Iustum deduxit. de Cõmuni Confess. non Pont. Oratio.

DEus, qui inter Regales delitias, intactum à mundi illecebris, spiritũ Sãcti Casimiri Confessoris tui conseruasti, fac quæsumus, vt tui fideles, ita in tuo amore firmentur: vt & terrena despiciant, & ad cælestia semper aspirent. Per Dominum nostrum &c.

In festo S. Thomæ de Aquino, Antiph. O doctor optime. ℣. Iustum deduxit. de Communi Doctorum. 216. Oratio.

DEus, qui Ecclesiam tuam beati Thomæ confessoris tui mira eruditione clarificas, & sancta operatione fœcundas: da nobis quæsumus, & quæ docuit intellectu conspicere, & quæ egit, imitatione complere. Per Dominum.

In festo SS. Quadraginta martyrũ, Aña. Gaudent in cælis. ℣. Exultabunt sancti. de Cõmuni plurium Mart. 215. Oratio.

PRæsta, q̃sumus omnipotens Deus: vt qui gloriosos martyres fortes in sua

con-

confeſſione cognouimus, pios apud te in noſtra interceſſione ſentiamus. Per Dñm.

In feſto ſancti Gregorij Papæ & confeſſoris, & Eccleſiæ Doctoris, Antiphona.
O doctor optime. ℣. Iuſtum deduxit.
de Communi Doctorum. 216. Oratio.

DEus, qui animę famuli tui Gregorij, æternæ beatitudinis præmia contuliſti: concede propitius; vt qui peccatorum noſtrorum pondere premimur, eius apud te precibus ſubleuemur. Per Dominum.

In feſto S. Ioſeph confeſſoris, Antiphona.
Hic vir deſpiciens. ℣. Iuſtum deduxit.
de Cõmuni Cõfeſſ. non Pont. 217. Orõ.

SAnctiſſimæ genitricis tuæ ſpõſi, quæſumus Domine, meritis adiuuemur: vt quod poſſibilitas noſtra non obtinet, eius nobis interceſſione donetur. Qui viuis & regnas in vnitate &c.

In feſto ſancti Ioachimi cõfeſſ. patris beatæ virg. Antiphona. Laudemus virum glorioſum in generatione ſua, quia benedictionem omnium gẽtium dedit illi Dominus, & teſtamentum ſuum confirmauit ſuper caput eius.

℣. Po-

℣. Potens in terra erit ſemen eius.
℟. Generatio rectorũ benedicetur. Orõ.
DEus, qui præ oĩbus ſanctis tuis beatum Ioachim genitricis filij tui patrẽ eſſe voluiſti: concede quæſumus, vt cuius feſta veneramur, eius quoque perpetuò patrocinia ſentiamus. Per eumdem.
In feſto S. Benedicti Abbatis, Antiphona.
Hic vir deſpiciens. ℣. Iuſtum deduxit. de Cõmuni cõfeſſ. non Pont. 217. Orõ.
INterceſſio nos, quæſumus Domine, beati Benedicti Abbatis commendet: vt quod noſtris meritis non valemus, eius patrocinio aſſequamur. Per Dominum.
IN FESTO ANNVNTIATIONIS
B. Mariæ Virginis, Antiphona.
GAbriel Angelus locutus eſt Mariæ, dicens: Aue gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus.
Si hoc feſtum venerit poſt Paſcha, additur in fine Antiphonæ, & Verſ. Alleluia. quod fit in omnibus feſtis à Dominica in Albis vſque ad Pentecoſten.
℣. Angelus Domini nuntiauit Mariæ.
℟. Et concepit de Spiritu ſancto. Oratio.
Deus,

DEus, qui de beatæ Mariæ Virginis vtero, Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplicibus tuis: vt qui verè eam genitricem Dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eumdem Dñm.

FESTA APRILIS.

In feſto S. Franciſci de Paula cõfeſſ. Aña. & ℣. de Communi cõfeſſ. nõ Pont. Orõ.

DEus, humiliũ celſitudo, qui beatum Franciſcum cõfeſſorem, ſanctorum tuorũ gloria ſublimaſti: tribue q̃ſumus, vt eius meritis & imitatione, promiſſa humilibus præmia feliciter conſequamur. Per.

In feſto S. Leonis Papæ & confeſſ. Aña. Dum eſſet ſummus. ℣. Iuſtum deduxit. Oratio. Exaudi, quæſumus Domine, &c. de Communi confeſſ. Pontif. 216.

In feſto SS. mart. & Põtif. Soteris & Caij, Aña. Gaudent in cælis. ℣. Exultabũt ſancti. de Cõmuni plur. Mart. 215. Oratio.

BEatorum martyrum, pariterque Põtificũ, Soteris & Caij, nos quæſumus Domine feſta tueantur, & eorum commendet oratio veneráda. Per Dominum.

In

In festo S. Georgij martyris, Antiphona. Qui vult venire. ℣. Iustus vt palma. de Communi vnius Marty. 214. Oratio.

DEus, qui nos beati Georgij martyris tui meritis & intercessione lætificas: concede propitius: vt qui tua per eum beneficia poscimus, dono tuæ gratiæ consequamur. Per Dominum.

In festo S. Marci Euãgelistæ, Antiphona. Sancti & iusti. ℣. Pretiosa in conspectu. de Communi Apostolorum & Euãgelistarum tempore Paschali. 214. Oratio.

DEus, qui beatum Marcum Euangelistam tuum, euãgelicæ prædicationis gratia sublimasti: tribue quæsumus, eius nos semper & eruditione proficere, & oratione defendi. Per Dominum.

In festo SS. Cleti & Marcellini Pontif. & marty. Antiphona & ℣. de Communi Mart. tẽpore Paschali. Oratio. Beatorum martyrum. de eodem Communi. 215.

In festo sancti Petri marty. Aña & ℣. vt in Cõmuni Mart. tempore Pasch. Oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus: vt beati Petri martyris tui fidem con-

grua deuotione sectemur, qui pro eiusdẽ fidei dilatatione, martyrij palmam meruit obtinere. Per Dominum.

FESTA MAII.

In festo sanctorum Apostolorum Philippi & Iacobi, Antiphona.

SI manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumque petieritis, fiet vobis, alleluia, alleluia, alleluia.

℣. Pretiosa in cõspectu Domini, alleluia.

℟. Mors sanctorum eius, alleluia. Oratio.

DEus, qui nos annua Apostolorum tuorum Philippi & Iacobi solemnitate lætificas: præsta quæsumus; vt quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per Dominum.

In festo S. Athanasij Episc. & cõfess. Aña.

O doctor optime. ℣. Iustum deduxit.

Oratio. Exaudi, quæsumus Domine, &c. de Communi Confess. Pontif. 216.

In festo Inuentionis S. Crucis, Antiph.

CRucem sanctam subijt, qui infernũ confregit: accinctus est potentia, surrexit die tertia, alleluia. ℣. Hoc signũ crucis erit in cęlo, alleluia. ℟. Cùm Dominus

ad

ad iudicandum venerit, alleluia. Oratio.

DEus, qui in præclara ſalutiferæ crucis Inuentione, paſſionis tuæ miracula ſuſcitaſti: cócede, vt vitalis ligni pretio, æternæ vitæ ſuffragia conſequamur. Qui viuis & regnas cum Deo Patre &c.

Eodē die SS. mart. Alexandri, Euentij, Theoduli, ac Iuuenalis Epiſcopi & cōfeſſ. Antiphona. Lux perpetua lucebit sāctis. ℣. Sancti & iuſti &c. de Cōmuni pluriū martyr. tempore Paſchali. 214. Oratio.

PRæſta, quæſumus omnipotens Deus: vt qui ſanctorum tuorum Alexandri, Eūetij, Theoduli, atq; Iuuenalis natalitia colimus, à cunctis malis imminētibus, eorū intercesſionibus liberemur. Per Dñm.

In feſto S. Ioannis ante portam Latinam, Aña. In feruentis olei dolium miſſus beatus Ioannes Apoſtolus, diuina ſe protegēte gratia illæſus exiuit, alleluia.

℣. Pretioſa in cōſpectu. vt ſup. 200. Orō.

DEus qui conſpicis, quia nos vndique mala noſtra perturbant: præſta q̃s, vt beati Ioannis Apoſtoli tui & Euangeliſtæ interceſſio glorioſa nos protegat. Per Do.

In

In feſto S. Staniſlai Epiſcopi & martyris, Antiphona, & ℣. vt in Communi Martyrum tempore Paſchali. Oratio.

DEus, pro cuius honore glorioſus Pō-tifex Staniſlaus gladijs impiorū occubuit: præſta quæſumus, vt omnes, qui eius implorāt auxilium, petitionis ſuæ ſalutarem conſequantur effectū. Per Dn̄m.

In Apparitione S. Michaelis Archangeli dicitur ſicut in alio feſto menſis Septembris addendo in fine Verſicul. Alleluia.

In feſto S. Greg. Naz. Ep̄i & cōfeſſ. Añ. O doctor optime. ℣. Iuſtum deduxit. de Communi Doctorum. 216. Oratio.

DEus, qui populo tuo æternæ ſalutis beatum Gregoriū miniſtrū tribuiſti: præſta quæſumus: vt quē doctorem vitæ habuimus in terris, interceſſorē habere mereamur in cælis. Per Dominum.

In feſto SS. Nerei, Achillei, & Domitillæ virg. atque Pancratij mart. Añ, & ℣. de Cōmuni Mart. tempore Paſch. 216. Orō.

SEmper nos Dn̄e martyrum tuorū Nerei, Achillei, Domitillæ, atque Pācratij foueat quæſumus beata ſolemnitas, &

tuo dignos reddat obſequio. Per Dñm.

FESTA IVNII.

In feſto S. Norberti Epiſc. & cõfeſſ. Aña. Sacerdos & Pontifex. ℣. Amauit eum. de Cõmuni Cõfeſſ. Pont. 216. Oratio.

DEus, qui beatum Norbertum Confeſſorem tuum atque Pontificem, verbi tui præconem eximium effeciſti, & per eum Eccleſiam tuam noua prole fœcundaſti: præſta quæſumus, vt eiuſdem pijs ſuffragantibus meritis, quod ore ſimul & opere docuit, te adiuuante exercere valeamus. Per Dominum.

In feſto S. Barnabæ Apoſtoli, Aña & ℣. de Communi Apoſtolorum. Oratio.

DEus, qui nos beati Barnabę Apoſtoli tui meritis & interceſſione lætificas: cõcede propitius: vt qui tua ꝑ eũ beneficia poſcimus, dono tuę gratię cõſequamur. ꝑ.

In feſto S. Antonij de Padua cõfeſſ. Aña & ℣. vt in Cõi conſ. nõ Pont. 217. Orõ.

ECcleſiam tuã Deus, beati Antonij cõfeſſoris tui ſolemnitas votiua lætificet, vt ſpiritualibus ſemper muniatur auxilijs, & gaudijs perfrui mereatur æternis. Per.

In festo S. Basilij Magni, Episc. & cófess. Aña. O doctor optime. ℣. Iustum deduxit. de Communi Doctorum. 216. Oratio. Exaudi, quæsumus Domine, &c. de Communi Confess. Pontif. 216.

IN NATIVITATE S. Ioannis Baptistæ, Antiphona.

PVer, qui natus est nobis plus quàm propheta est: hic est enim de quo Saluator ait: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.

℣. Iste puer magnus coram Domino.

℟. Nam & manus eius cum ipso est. Orō.

DEus, qui pręsentem diem honorabilem nobis in beati Ioannis natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualiū gratiam gaudiorum: & omnium fidelium mentes dirige in viam salutis æternæ. Per Dn̄m.

In festo SS. marty. Ioannis & Pauli, Aña.

ISti sunt duæ oliuæ, & duo candelabra lucentia ante Dn̄m, habent potestatem claudere cælum nubibus, & aperire portas eius: quia linguæ eorum claues cæli factæ sunt. ℣. Exultabunt sancti in gloria. de Communi plur. Marty: 215. Oratio:

QVæsumus oĩpotens Deus: vt nos geminata lætitia hodiernæ festiuitatis excipiat, quæ de beatorũ Ioannis & Pauli, glorificatione procedit: quos eadẽ fides & passio verè fecit esse germanos. Per Dñm.

In festo sancti Leonis Papæ, Antiphona. Dum esset summus. ℣. Iustum deduxit. de Cõmuni Confess. Pont. 216. Oratio.

DEus, qui beatũ Leonem Pontificem, sanctorum tuorum meritis coæquasti: concede propitius, vt qui commemorationis eius festa percolimus, vitę quoque imitemur exempla. Per Dominum.

IN FESTO APOSTOLORVM
Petri & Pauli, Antiphona.

HOdie Simon Petrus ascendit crucis patibulũ, allel. Hodie clauicularius regni gaudẽs migrauit ad Christũ. Hodie Paulus Apostolus lumẽ orbis terræ, inclinato capite pro Christi nomine martyrio coronatus est, allel. ℣. Annuntiauerunt. de Cõmuni Apostolorum. 214. Oratio.

DEus, qui hodiernã diem Apostolorum tuorũ Petri & Pauli martyrio cõsecrasti: da Ecclesiæ tuæ, eorum in omnibus

nibus sequi præceptum, per quos religionis sumpsit exordium. Per Dominum.
In Cõmem. S. Pauli, Aña. Sancte Paule. ℣. Tu es vas. vt sup. fol. 195. Oratio.
DEus, qui multitudinẽ gentium beati Pauli Apostoli ꝓdicatione docuisti: da quæsumus, vt cuius natalitia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per.
Eodem die fit commemoratio S. Petri, vt in Conuersione sancti Pauli. fol. 196.
Infra oct. SS. Apost. Petri & Pauli. Aña. Petrus Apostolus, & Paulus doctor gentium, ipsi nos docuerũt legem tuam Dñe. ℣. Cõstitues eos principes sup omnẽ terram. ℟. Memores erũt nominis tui Dñe. Oratio. Deus, qui hodiernã diem. vt sup.

FESTA IVLII.

In festo Visitationis B. Mariæ Virg. Aña. Beatã me dicẽt omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus, alleluia. ℣. Benedicta tu in mulieribus. ℟. Et benedictus fructus ventris tui. Oratio.
FAmulis tuis, quęsumus Domine, cęlestis gratiæ munus impertire: vt quibus beatæ Virginis partus extitit salutis exor-

dium, Visitationis eius votiua solemnitas, pacis tribuat incrementũ. Per Dominum.
Eodẽ die SS. mar. Processi & Martiniani, Aña. Gaudent in cælis. ℣. Exultabunt sancti. de Cõmuni plur. Mart. 215. Orõ.
DEus, qui nos sanctorum martyrum tuorũ Processi & Martiniani gloriosis confessionibus circumdas & protegis: da nobis & eorum imitatione proficere, & intercessione gaudere. Per Dominum.
In Octaua Apostolorum Petri & Pauli, Antiphona. Petrus Apostolus. ℣. Constitues eos. vt supra. Oratio.
DEus, cuius dextera beatum Petrum ambulantẽ in fluctibus, ne mergeretur erexit, & coapostolum eius Paulum, tertiò naufragantẽ de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius, & concede; vt amborum meritis æternitatis gloriam consequamur. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti &c.
In festo SS. marty. Septem fratrum, ac Rufinæ & Secundæ virginum & marty. Aña. Gaudent in cælis. ℣. Exultabunt. de Communi plur. Marty. 215. Oratio.
Præ-

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus: vt qui gloriosos martyres fortes in sua confessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Dñm.

In festo S. Anacleti Papæ & marty. Aña. Qui vult venire. ℣. Iustus vt palma. Orõ. Deus, qui nos &c. de Cõi vnius m̃. 215.

In festo S. Bonauenturæ Episcopi, Confess. & Ecclesiæ Doct. Aña. O doctor. ℣. Iustum. de Cõi Doct. 216. Oratio.

DEus, qui populo tuo æternæ salutis beatum Bonauenturam ministrũ tribuisti: præsta quæsumus: vt quem doctorem vitę habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cęlis. Per Dominum.

In festo S. Mariæ Magdalenæ. Antiph.

MVlier, quæ erat in ciuitate peccatrix, attulit alabastrum vnguenti, & stans retro secus pedes Domini, lacrymis cępit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat. ℣. Elegit eam Deus, & præelegit eam. ℟. In tabernaculo suo habitare facit eam. Oratio.

BEatæ Mariæ Magdalenæ, quæsumus Domine, suffragijs adiuuemur, cuius

precibus exoratus, quatriduanum fratrem Lazarum viuum ab inferis resuscitasti. Qui viuis & regnas, &c.

In festo S. Apollinaris Episcopi & mart. Aña, & ℣. de Cõmuni vnius Mart. Orõ.

DEus fideliũ remunerator animarũ, qui hunc diem beati Apollinaris sacerdotis tui martyrio cõsecrasti: tribue nobis, quæsumus, famulis tuis: vt cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus eius indulgentiam consequamur. Per.

In festo S. Iacobi Apostoli, Antiphona. Estote fortes. ℣. Annuntiauerunt &c. de Cõmuni Apostolorum. 214. Oratio.

ESto Domine plebi tuæ sanctificator & custos: vt Apostoli tui Iacobi munita præsidijs, & conuersatione tibi placeat, & secura mẽte deseruiat. Per Dñm.

Eodem die S. Christophori marty. Aña. Iste sanctus. ℣. Gloria & honore. 214. Orõ. Præsta q̃s oĩpotens Deus: vt intercedente beato. de Cõi vnius Marty. 215.

In festo S. Annæ matris B. Mariæ virg. Aña. Simile est regnũ cælorũ. ℣. Specie tua. de Cõi nec virg. nec mart. 218. Orõ.

Deus,

DEus, qui beatæ Annæ gratiã conferre dignatus es, vt genitricis vnigeniti Filij tui mater effici mereretur: concede propitius, vt cuius ſolemnia celebramus, eius apud te patrocinijs adiuuemur. Per.

In feſto SS. martyrum Nazarij, Celſi, Victoris, ac Innocentij Papæ & cõfeſſ. Aña. Gaudent in cælis. ℣. Exultabunt ſancti. de Cõmuni plurium Mart. 215. Oratio.

SAnctorum tuorũ, nos Domine, Nazarij, Celſi, Victoris, & Innocẽtij confeſſio beata cõmuniat, & fragilitati noſtræ ſubſidium dignanter exoret. Per Dñm.

In feſto S. Marthæ virg. Aña. Veni ſponſa Chriſti. ℣. Specie. tua. Orõ. Exaudi nos Deus ſalutaris &c. de Cõi Virg. 217.

Eodem die SS. martyrum Felicis, Simplicij, Fauſtini, & Beatricis, Antiphona. Iſtorum eſt. ℣. Lætamini in Domino. de Cõmuni plurium Mart. 215. Oratio.

PRæſta, quæſumus Dñe, vt ſicut populus Chriſtianus martyrum tuorum, Felicis, Simplicij, Fauſtini, & Beatricis tẽporali ſolemnitate cõgaudet, ita perfruatur æterna; & quod votis celebrat, compre-

prehendat effectu. Per Dominum.

FESTA AVGVSTI.

In festo S. Petri ad Vincula, Antiphona.

SOlue iubēte Deo terrarum Petre catenas: Qui facis vt pateant cęlestia regna beatis. ℣. Tu es Petrus. ℟. Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Orō.

DEus, qui beatum Petrū Apostolum à vinculis absolutum illæsum abire fecisti: nostrorum quæsumus absolue vincula peccatorum, & omnia mala à nobis propitiatus exclude. Per Dominum.

Eodem die fit commemoratio S. Pauli, vt supra in Cathedra sancti Petri. f. 261.

Eodem die SS. martyrum Machabęorū, Añа. Istorum est enim. ℣. Lætamini. de Communi plur. Marty. 215. Oratiō.

FRaterna nos Domine martyrum tuorum corona lætificet, quæ & fidei nostræ præbeat incremēta virtutum, & multiplici nos suffragio consoletur. Per Dñm.

In Inuentione S. Stephani, Antiphona.

Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat signa magna in populo.

℣. Sepelierunt Stephanum viri timorati.

℟. Et

℟. Et fecerunt planctum magnum ſuper eum. Oratio.

DA nobis, quæſumus Domine, imitari quod colimus, vt diſcamus & inimicos diligere: quia eius inuẽtionem celebramus, qui nouit etiam pro perſecutoribus exorare Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum &c.

In feſto S. Dominici confeſſ. Aña & ℣. de Cõmuni Confeſſ. nõ Pont. 217. Oratio.

DEus, qui Eccleſiam tuã beati Dominici cõfeſſoris tui illuminare dignatus es meritis & doctrinis: concede, vt eius interceſſione temporalibus non deſtituatur auxilijs, & ſpiritualibus ſemper proficiat incrementis. Per Dominum.

In feſto S. Mariæ ad Niues, Antiphona.

SAncta Maria ſuccurre miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo ſexu: ſentiant omnes tuum iuuamen, quicumque celebrant tuã ſanctam feſtiuitatem.

℣. Dignare me laudare te, virgo ſacrata.
℟. Da mihi virtutem contra hoſtes tuos.

Oratio. Concede nos famulos. fol. 35.

In festo Transfigurationis Domini nostri Iesu Christi, Antiphona.

CHristus Iesus, splēdor Patris, & figura substātiæ eius, portans omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, in mōte excelso gloriosus apparere hodie dignatus est. ℣. Gloriosus apparuisti in cōspectu Domini. ℟. Propterea decorem induit te Dominus. Oratio.

DEus, qui fidei sacramēta in vnigeniti tui gloriosa transfiguratione Patrum testimonio roborasti: & adoptionē filiorum perfectam, voce delapsa in nube lucida, mirabiliter presignasti: cōcede propitius: vt ipsius regis gloriæ nos coheredes efficias, & eiusdem glorię tribuas esse consortes. Per eumdem Dominum nostrum.

Eodē die SS. marty. Xysti, Felicissimi, & Agapiti, Aña. Istorū est enim. ℣. Lętamini in Dño. Orō. Deus, q nos cōcedis &c. de Communi plurium Martyrum. 215.

In festo SS. mart. Cyriaci, Largi, & Smaragdi, Aña. Gaudent in cælis. ℣. Exultabunt. de Cōi plur. Mart. 215. Oratio.

Deus,

DEus, qui nos annua ſanctorũ martyrum tuorũ Cyriaci, Largi, & Smaragdi ſolemnitate lætificas: cõcede propitius: vt quorũ natalitia colimus, virtutem quoque paſſionis imitemur. Per Dominũ.

In feſto S. Laurentij marty. Antiphona.

BEatus Laurentius, dum in craticula ſuperpoſitus vreretur, ad impijſſimũ tyrannum dixit: Aſſatum eſt iam, verſa, & manduca: nam facultates Eccleſiæ, quas requiris, in cæleſtes theſauros manus pauperũ deportauerunt. ℣. Leuita Laurentius bonum opus operatus eſt. ℟. Qui per ſignũ crucis cæcos illuminauit. Orõ.

DA nobis, quæſumus omnipotens Deus, vitiorum noſtrorum flammas extinguere, qui beato Laurentio tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare. Per Dominum noſtrum.

IN FESTO ASSVMPTIONIS
Beatæ Mariæ virginis, Antiphona.

HOdie Maria virgo cælos aſcẽdit: gaudete, q̃a cũ Chr̃o regnat in æternũ. ℣. Exaltata eſt sãcta Dei genitrix. ℟. Super choros Angelorum ad cæleſtia regna.

Ora-

Oratio. Famulorum tuorũ, q̃sumus. f. 30.
In festo sancti Hyacinthi confess. Antiph. Hic vir. ℣. Iustum deduxit. de Cõmuni Cõfess. non Pontif. Oratio. Deus, qui nos beati Hyacinthi. de eodem Communi.
In festo S. Bernardi Abbatis, Antiphona. Hic vir despiciens. ℣. Iustum ded. Orõ. Intercessio nos, q̃s Dñe, beati Bernardi. de Communi Confess. non Pontif. 217.
In octaua Assumptionis B. Mariæ, Antiphona, Versiculus, & Oratio, vt in festo.
Eodem die SS. martyrum Timothei, Hippolyti, & Symphoriani, Antiphona. Istorum est enim. ℣. Lætamini in Dño. de Communi plur. Marty. 215. Oratio.
AVxilium tuũ nobis Dñe, quæsumus placatus impẽde: & intercedentibus beatis martyribus tuis Timotheo, Hippolyto, & Symphoriano, dexterã super nos tuæ propitiationis extende. Per Dominũ.
In festo S. Bartholomæi Apostoli, Añа. Estote fortes. ℣. Annuntiauerunt. de Communi Apostolorum. 214. Oratio.
OMnipotẽs sempiterne Deus, qui huius diei venerãdam sanctamque læ-

titiam in beati Apoſtoli tui Bartholomæi feſtiuitate tribuiſti: da Eccleſiæ tuæ, quæſumus, & amare quod credidit, & prædicare quod docuit. Per Dominum.

In feſto S. Ludouici Regis Frãciæ cõfeſſ. Antiphona. Hic vir deſpiciens mũdum. de Communi Confeſſ. non Pontif. 217. ℣. Iuſtum deduxit. 216. Oratio.

DEus, qui beatũ Ludouicum confeſſorẽ tuum, de terreno regno ad cæleſtis regni gloriam tranſtuliſti, eius quæſumus, meritis & interceſſione, Regis regum Ieſu Chriſti filij tui facias nos eſſe conſortes. Per eumdem Dominum.

In feſto S. Auguſtini Epi & cõf. & Eccl. Doct. Aña. O doctor optime. ℣. Iuſtum deduxit. de Cõmuni Doct. 216. Oratio.

ADeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus, & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges: intercedente beato Auguſtino confeſſore tuo, atque Pontifice, conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per Dominum.

In Decollatione ſancti Ioannis Baptiſtæ, Antiphona.

MIsit rex incredulus ministros detestabiles, & amputari iussit caput Ioannis Baptistæ.

℣. Iustus vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur. Oratio.

SAncti Ioannis Baptistæ, præcursoris & martyris tui, quæsumus Domine, veneranda festiuitas, salutaris auxilij nobis præstet effectum. Per Dominum.

FESTA SEPTEMBRIS.

In Natiuitate beatę Mariæ virginis, Antiphona, Versiculus, & Oratio dicuntur, vt in eius Conceptione, mutato nomine Conceptionis, in Natiuitatis. fol. 192.

Eodē die S. Adriani mart. Antiphona. Iste sanctus. ℣. Gloria & honore. 214.

Oratio. Præsta, quæsumus omnipotens Deus. de Cōmuni vnius Martyris. 215.

In festo S. Nicolai de Tolentino Confess. Aña, & Versic. vt in Cōi Cōfess. nō Pont. Oratio. Adesto Domine. de eodem Communi. 219.

In festo Exaltationis S. Crucis, Antiph.

O Crux benedicta, q̄ sola fuisti digna portare regē cælorū, & Dn̄m, allel.

℣.

℣. Hoc signũ crucis erit in cælo. ℟. Cùm Dñs ad iudicandum venerit. Oratio.

DEus, qui nos hodierna die exaltationis sanctę Crucis annua solemnitate lætificas: præsta quæsumus, vt cuius mysteriũ in terra cognouimus, eius redemptionis præmia in cælo mereamur. Per Dñm.

Eodem die S. Nicomedis marty. Aña. Iste sanctus. ℣. Gloria & honore. 214. Oro.

ADesto Domine populo tuo: vt beati Nicomedis martyris tui merita pręclara suscipiens, ad impetrandam misericordiam tuam semper eius patrocinijs adiuuetur. Per Dominum.

In festo SS. m̃. Cornelij & Cypriani, Aña. Gaudent in cælis. ℣. Exultabunt sancti. Oratio. Beatorum martyrum &c. de Communi plurium Martyrum. 215.

Eodẽ die SS. Euphemię, Lucię, & Geminiani mart. Aña. Istorũ est enim. ℣. Lętamini in Dño. de Cõi plur. m̃. 215. Oro.

PRæsta Domine precibus nostris cum exultatione prouẽtum: vt sanctorum martyrum Euphemiæ, Luciæ, & Geminiani, quorum diem passionis annua de-

uotione recolimus, etiam fidei constantiam subsequamur. Per Dominum.
In festo SS. mart. Ianuarij Epi & sociorũ, Aña, & ℣. de Cõmuni plur. Mart. Oratio. Deus, qui nos annua. de eodẽ Cõi. 216.
In festo SS. Eustachij, & socior. mart. Aña. Istorum est enim. ℣. Lætamini. de Communi plur. Martyrum. Oratio. Deus, qui nos concedis. de eodem Communi.
In festo S. Matthæi Apostoli & Euangel. Aña. Estote fortes. ℣. Annuntiauerunt. de Cõmuni Apostolorum. 214. Oratio.
Beati Euangelistæ Matthæi Domine precibus adiuuemur: vt quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Per Dominum.
In festo S. Lini Papæ & m. Aña. Qui vult venire. ℣. Iustus vt palma. Oratio. Deus, qui nos beati. de Cõi vnius Marty. 215.
Eodem die S. Theclæ virginis & marty. Aña. Veni sponsa Christi. ℣. Specie tua. de Communi Virginum. 217. Oratio.
Da, q̃s ops Deus: vt qui beatæ Theclæ virginis & martyris tuæ natalitia colimus: & annua solemnitate lætemur, & tan-

stantæ fidei proficiamus exemplo. Per.
In festo SS. marty. Cosmæ & Damiani, Aña. Gaudent in cælis. ℣. Exultabunt. de Communi plur. Marty. 214. Oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus: vt qui sanctorum martyrum tuorum Cosmæ & Damiani natalitia colimus, à cunctis malis imminentibus, eorum intercessionibus liberemur. Per Dominum.

In festo Dedicationis sancti Michaelis Archangeli, Antiphona.

PRinceps gloriosissime, Michael Archāgele, esto memor nostri, hic & vbique sēper precare pro nobis filiū Dei, allel. alle. ℣. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus. ℟. Adorabo ad templum sanctū tuum, & confitebor nomini tuo. Orō.

DEus, qui miro ordine, Angelorū ministeria, hominumq. dispensas: concede propitius: vt à quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Dominum.

In festo sancti Hieronymi Presbyteri & Confessoris, & Ecclesiæ Doctoris, Aña. O doctor optime. ℣. Iustum deduxit.

de Communi Doctorum. 216. Oratio.

DEus, qui Ecclesiæ tuæ in exponendis sacris scripturis beatũ Hieronymum confessorem tuum, doctorem maximum prouidere dignatus es: præsta quæsumus, vt eius suffragantibus meritis, quod ore simul & opere docuit, te adiuuante exercere valeamus. Per Dominum.

FESTA OCTOBRIS.

In festo S. Francisci Confess. Antiphona. Hic vir despiciens. ℣. Iustum deduxit. de Cõmuni Confess. non Pontif. 217. Orõ.

DEus, qui Ecclesiam tuam beati Francisci meritis fœtu nouæ prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena despicere, & cælestium donorum semper participatione gaudere. Per Dominũ.

In festo S. Brunonis confess. Antiphona. Hic vir despiciens. ℣. Iustum deduxit. de Cõmuni Confess. non Pontif. 217. Orõ.

SAncti Brunonis confessoris tui, quæsumus Domine, intercessionibus adiuuemur; vt qui Maiestatem tuam grauiter delinquendo, offendimus; eius meritis & precibus, nostrorum delictorum veniam con-

consequamur. Per Dominum.

In festo S. Birgittæ viduæ, Antiphona. Simile est regnũ cælorum. ℣. Specie tua. de Communi. 218. Oratio.

DOmine Deus noster, qui beatæ Birgittæ per filium tuum vnigenitum secreta cælestia reuelasti: ipsius pia intercessione da nobis famulis tuis, in reuelatione sempiternæ gloriæ tuæ gaudere lætantes. Per eumdem Dominum &c.

In festo SS. m. Dionysij, Rustici, & Eleutherij, Aña. Gaudent in cælis. ℣. Exultabũt sancti. de Cõi plur. Mart. 215. Oro.

DEus qui hodierna die beatũ Dionysium martyrẽ tuum atque Pontificem, virtute constantiæ in passione roborasti, quique illi ad prædicãdum gentibus gloriam tuam, Rusticum & Eleutherium sociare dignatus es, tribue nobis quæsumus, ex eorum imitatione pro amore tuo prospera mũdi despicere, & nulla eius aduersa formidare. Per Dominum.

In festo S. Callisti Papæ & martyris, Aña. Qui vult venire. ℣. Iustus vt palma. de Communi vnius Marty. 215. Oratio.

DEus, qui nos conſpicis ex noſtra infirmitate deficere, ad amorem tuum nos miſericorditer per ſanctorum tuorum exempla reſtaura. Per Dominum.

In feſto S. Lucæ Euãgeliſtæ, Antiphona.

Eſtote fortes. ℣. Annuntiauerunt. de Communi Apoſtolorum. 214. Oratio.

INteruenIat pro nobis, quæſumus Domine, ſanctus tuus Lucas Euangeliſta: qui crucis mortificationem iugiter in ſuo corpore pro tui nominis honore portauit. Per Dominum noſtrum.

In feſto Apoſtolorum Simonis & Iudæ, Aña. Eſtote fortes. ℣. Annuntiauerunt. de Cõmuni Apoſtolorum. 214. Oratio.

DEus, qui nos per beatos Apoſtolos tuos Simonem & Iudam, ad agnitionem tui nominis venire tribuiſti: da nobis eorum gloriam ſempiternam & proficiendo celebrare, & celebrando proficere. Per Dominum.

FESTA NOVEMBRIS.

In feſto Omniũ Sanctorum, Antiphona.

O Quàm glorioſum eſt regnũ, in quo cum Chriſto gaudent omnes ſancti:

amicti stolis albis sequũtur agnũ quòcumque ierit. ℣. Exultabunt sancti in gloria. ℟. Lætabuntur in cubilibus suis. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita, sub vna tribuisti celebritate venerari, quæsumus; vt desideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris. Per Dominum.

In Dedic. Basilicæ Saluatoris dr̃ vt in Cõi.

Eodem die S. Theodori marty. Antiph. Iste sanctus. ℣. Gloria & honore. de Cõmuni vnius Martyris. 214. Oratio.

DEus, qui nos beati Theodori martyris tui cõfessione gloriosa circumdas & protegis: pręsta nobis, ex eius imitatione proficere, & oratione fulciri. Per Dñm.

In festo S. Martini Epi & Confess. Aña.

O Beatum Pontificem, qui totis visceribus diligebat Christũ regem, & non formidabat imperij principatum. O sanctissima anima, quam etsi gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyrij non amisit. ℣. Iustum deduxit. de Communi Confess. Pont. 217. Orõ.

DEus, qui conſpicis, quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus: concede propitius, vt interceſſione beati Martini confeſſoris tui atque Pontificis, contra omnia aduerſa muniamur. Per Dominum.

Eodẽ die S. Mennæ mart. Aña. Iſte ſanctus. ℣. Gloria & honore. 214. Oratio. P ræſta q̃s &c. de Cõi vnius Marty. 215.

In feſto S. Martini Papæ & marty. Aña. Qui vult venire. ℣. Iuſtus vt palma. Orõ. D eus, qui nos. de Cõmuni Marty. 215.

In feſto S. Gregorij Thaumaturgi Epiſcopi & Confeſſ. Antiphona, & ℣. de Communi Confeſſ. Pontif. 216. Oratio. D a, quæſumus. de eodem Cõmuni. 216.

In Dedicatione Baſilicarũ SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, de Communi.

In feſto Præſentationis B. Mariæ Virginis, Antiphona. Beata Dei genitrix Maria, virgo perpetua, templum Domini, ſacrarium Spiritus ſancti, ſola ſine exemplo placuiſti Domino noſtro Ieſu Chriſto, alleluia. ℣. Dignare me laudare te, virgo ſacrata. ℟. Da mihi virtutem contra hoſtes tuos. Oratio.

D eus,

DEus, qui beatã Mariã ſemper virginem, Spiritus ſancti habitaculum, hodierna die in templo præſentari voluiſti: præſta quæſumus, vt eius interceſſione in templo gloriæ tuæ præſentari mereamur. Per Dominum. in vnitate eiuſdem Spiritus ſancti Deus.

In feſto ſanctæ Cæciliæ virginis & marty.

Añã. Virgo glorioſa ſemper euangelium Chriſti gerebat in pectore ſuo, & nõ diebus, neque noctibus à colloquijs diuinis, & oratione ceſſabat. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in æternum. Oratio.

DEus, qui nos annua beatæ Cæciliæ virginis & martyris tuæ ſolemnitate lætificas: da, vt quam veneramur officio, etiam piæ cõuerſationis ſequamur exemplo. Per Dominum.

In feſto S. Clementis Papę & marty. Añã.

DEdiſti Domine habitaculum martyri tuo Clementi in mari in modum templi marmorei, angelicis manibus præparatum, iter præbens populo terræ, vt enarrent mirabilia tua.

℣. Iu-

℣. Iustus vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur. Oratio.

DEus, qui nos annua beati Clementis martyris tui atque Pontificis solemnitate lætificas: concede propitius; vt cuius natalitia colimus, virtutem quoque passionis imitemur. Per Dominum nostrum.

Eodem die sanctæ Felicitatis marty. Aña. Veni sponsa Christi. ℣. Specie tua. de Cõmuni nec virg. nec mart. 217. Oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus, vt beatę Felicitatis martyris tuę solemnia recensentes, meritis ipsius protegamur & precibus. Per Dominum.

In festo S. Catharinæ virg. & mart. Aña. Veni sponsa Christi. 217. ℣. Diffusa est. de Communi Virginum. 218. Oratio.

DEus, qui dedisti legẽ Moysi in summitate mõtis Sinai, & in eodem loco per sanctos angelos tuos corpus beatæ Catharinæ virginis & martyris tuæ mirabiliter collocasti: p̃sta q̃sumus, vt eius meritis & intercessione ad montem, qui Christus est, peruenire valeamus. Per eũdem Dñm nostrum Iesum Christum. ℟. Amen.

ORA-

ORATIONES COMMVNES DE SANCTIS.

In Vigilijs Apostolorum. Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus: vt beati N. Apostoli tui quam prçuenimus, veneranda solemnitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per Dominum nostrum.

Si fuerit vigilia plur. Apostolorũ. Oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus: vt nullis nos permittas perturbationibus concuti, quos in apostolicæ confessionis petra solidasti. Per Dominum.

COMMVNE APOSTOLORVM, vel Euangelistarum, Antiphona.

TRadent enim vos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt vos: & ante reges & præsides ducemini propter me in testimonium illis, & gentibus.

℣. In omnem terram exiuit sonus eorum.

℟. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Alia Antiphona. Estote fortes in bello, & pugnate cum antiquo serpente, & accipietis regnum æternum, alleluia.
℣. Annuntiauerunt opera Dei.
℟. Et facta eius intellexerunt.

Tempore Paschali, Antiphona.
Lux perpetua lucebit sanctis tuis Dñe, & æternitas temporum, allel. ℣. Sancti & iusti in Domino gaudete, alleluia. ℟. Vos elegit Deus in hereditatem sibi, alleluia.
Alia Antiphona. Sancti & iusti in Domino gaudete, alleluia: vos elegit Deus in hereditatem sibi, alleluia.
℣. Pretiosa in cóspectu Domini, alleluia.
℟. Mors sanctorum eius, alleluia.
Oratio vt suis locis in Proprio Sáctorum.

COMMVNE VNIVS MART.

Antiphona.
ISte sanctus pro lege Dei sui certauit vsque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram. ℣. Gloria & honore coronasti eum Domine. ℟. Et cóstituisti eum super opera manuum tuarum.
Alia Aña. Qui vult venire post me abneget

neget ſemetipſum: & tollat crucē ſuam, & ſequatur me. ℣. Iuſtus vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Tempore Paſchali, Antiphona & Verſ. vt ſupra in communi Apoſtolorum.

Pro martyre & Pontifice. Oratio.

INfirmitatem noſtram reſpice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati N. martyris tui atque Pōtificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum. Alia Oratio.

DEus, qui nos beati N. martyris tui atque Pontificis annua ſolemnitate lætificas: concede propitius; vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

Pro martyre tantùm. Oratio.

PRæſta, quæſumus omnipotēs Deus: vt qui beati N martyris tui natalitia colimus: interceſſione eius in tui nominis amore roboremur. Per Dominum.

Alia Oratio.

PRæſta, quæſumus omnipotens Deus: vt intercedente beato N. martyre tuo: & à cunctis aduerſitatibus liberemur in cor-

corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum.

IN COMMVNI plurium Martyrum, Antiphona.

ISTorum est enim regnum cęlorum, qui contempserunt vitam mundi, & peruenerunt ad præmia regni, & lauerunt stolas suas in sanguine Agni.

℣. Lętamini in Domino, & exultate iusti.
℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Alia Antiphona.

Gaudent in cælis animæ sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti: & quia pro eius amore sanguinem suum fuderunt, ideò cum Christo exultant sine fine.

℣. Exultabunt sancti in gloria.
℟. Lætabuntur in cubilibus suis.

Tempore Paschali, Antiphona & Versic. vt supra in Communi Apostolorum.

Pro pluribus Martyribus & Pontificibus. Oratio.

BEatorum martyrum, pariterque Pontificum N. & N. nos quæsumus Domine festa tueantur, & eorum commendet oratio veneranda. Per Dominum.

Pro

Pro Martyribus tantùm. Oratio.

DEus, qui nos concedis sanctorũ martyrum tuorum N. & N. natalitia colere: da nobis in ęterna beatitudine, de eorum societate gaudere. Per Dominum.

Alia Oratio.

DEus, qui nos annua sanctorum martyrum tuorum N. & N. solemnitate lætificas: concede propitius: vt quorum gaudemus meritis, accendamur exemplis. Per Dominum nostrum.

COMMVNE CONFESS.

Pontificis. Antiphona.

SAcerdos & Pōtifex, & virtutum opifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dominum. ℣. Amauit eũ Dominus, & ornauit eum. ℟. Stolam gloriæ induit eum. Alia Antiphona.

Amauit eum Dominus, & ornauit eum: stolam gloriæ induit eum, & ad portas paradisi coronauit eum.

℣. Iustũ deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et ostendit illi regnum Dei.

Pro solis summis Pontificibus, Antiph.

Dum esset summus Pontifex, terrena non

metuit:

meruit: ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit. ℣. Iuſtum deduxit. vt ſupra.

Tempore Paſchali additur in fine Antiphonarum & Verſic. Alleluia. Oratio.

DA, quæſumus oĩpotẽs Deus: vt beati N confeſſoris tui atque Põtificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dñm. Alia Orõ.

EXaudi, quæſumus Domine, preces noſtras, quas in beati N. confeſſoris tui atque Pontificis ſolemnitate deferimus: & qui tibi dignè meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos abſolue peccatis. Per Dominum.

COMMVNE Doctorum, Antiphona.

O Doctor optime, Eccleſiæ ſanctæ lumen, beate N. diuinæ legis amator, deprecare prò nobis filium Dei.

℣. Iuſtum deduxit. Oratio.

DEus, qui populo tuo æternæ ſalutis beatum N. miniſtrum tribuiſti: preſta quæſumus; vt quem doctorem vitæ habuimus in terris, interceſſorem habere mereamur in cælis. Per Dominum.

COM-

COMMVNE CONFESS.
non Pontific. Antiphona.

SImilabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram.
℣. Amauit eũ Dominus, & ornauit eum.
℟. Stolam gloriæ induit eum.

Alia Antiphona.

Hic vir deſpiciens mundum, & terrena, triumphans, diuitias cælo condidit ore, manu. ℣. Iuſtum deduxit.

Tempore Paſchali in fine Antiphonarũ, & Verſic. additur Alleluia. Oratio.

DEus, qui nos beati N. confeſſoris tui annua ſolemnitate lætificas: concede propitius; vt cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum.

Alia Oratio.

ADeſto Dñe ſupplicationibus noſtris, quas in beati N. confeſſoris tui ſolemnitate deferimus: vt qui noſtræ iuſtitiæ fiduciam non habemus; eius, qui tibi placuit, precibus adiuuemur. Per Dominum.

Si fuerit Abbas. Oratio.

INterceſſio nos, quæſumus Domine, beati N. Abbatis commendet: vt quod

noſtris meritis non valemus, eius patrocinio aſſequamur. Per Dominum.

COMMVNE
Virginum, Antiphona.

VEni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dominus præparauit in æternum.

℣. Specie tua & pulchritudine tua.

℟. Intende, proſperè procede, & regna.

Tempore Paſchali additur in fine Antiphonarum & Verſic. Alleluia. Oratio.

DEus, qui inter cetera potentiæ tuæ miracula, etiam in ſexu fragili victoriam martyrij contuliſti: concede propitius; vt qui beatæ N. virginis & martyris tuæ natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Alia Oratio.

INdulgentiam nobis, quæſumus Dñe, beata N. virgo et martyr imploret, quę tibi grata ſemper extitit, & merito caſtitatis, & tuæ profeſſione virtutis. Per Dñm.

Pro virgine tantùm. Oratio.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter, vt ſicut de Beatæ N. virginis tuæ feſtiui-

tate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

COMMVNE

plur. virg. & martyrum, Antiphona.

PRudentes virgines aptate vestras lãpades: ecce spõsus venit, exite obuiam ei.
℣. Adducentur regi virgines post eam.
℟. Proximæ eius afferentur tibi. Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine Deus noster, sanctarũ virginum & martyrum N. & N. palmas incessabili deuotione venerari: vt quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequijs. Per Dominum.

In festo sanctæ martyris tantùm, & nec virginis nec martyris, Antiphona.

SImile est regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas, inuenta vna pretiosa dedit omnia sua, & comparauit eam. ℣. Specie tua. vt supra.
Alia Antiphona. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperẽ, & panem otiosa non comedit. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in æternum. Oratio.

DEus, qui inter cetera potentiæ tuæ miracula, etiã in sexu fragili, victoriam martyrij contulisti: concede propitius; vt qui beatæ N. martyris tuæ natalitia colimus, per eius ad te exẽpla gradiamur. Per Dominum nostrum.

Si fuerint plures. Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine Deus noster, sanctarũ martyrum tuarum N. & N. palmas incessabili deuotione venerari: vt quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequijs. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Pro nec virgine nec martyre. Oratio.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatæ N. festiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

In Anniuersario Dedicationis Ecclesiæ, Antiphona.

O Quàm metuendus est locus iste! verè non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli.


℣. Domum tuam Dñe decet sanctitudo.

℟. In longitudinem dierum. Oratio.

DEus, qui nobis per singulos annos, huius sancti templi tui consecrationis reparas diem, & sacris semper mysterijs repræsentas incolumes: exaudi preces populi tui, & præsta: vt quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse lætetur. Per Dominum nostrum Iesum Christum &c.

In ipso die Dedicationis. Oratio.

DEus, qui inuisibiliter omnia contines, & tamen pro salute generis humani signa tuæ potentiæ visibiliter ostendis: templum hoc potẽtia tuæ inhabitationis illustra: & concede, vt omnes, qui huc deprecaturi conueniunt, ex quacumque tribulatione ad te clamauerint, cõsolationis tuæ beneficia consequantur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.


INRI

OFFICIVM S. CRVCIS.

AD MATVTINVM.

℣. Per signum Crucis de inimicis nostris.
℟. Libera nos Deus noster.
Sic dicitur in principio omnium horarum sanctæ Crucis. ℣.
DOmine labia mea aperies.
℟. Et os meum annuntiabit laudem tuam.
℣. Deus in adiutorium meum intende.
℟. Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculorum. Amen.
non dicitur Alleluia. neque Laus tibi Domine. Hymnus.
PAtris sapientia, veritas diuina,
Deus homo captus est hora matutina:
A notis discipulis citò derelictus:
A Iudæis traditus, venditus, & afflictus.

Antiphona. O crux venerabilis, quæ salutem attulisti miseris, quibus te efferam præconijs, quoniam vitam nobis cælitem præparasti.

℣. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi. ℟. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. Oremus.

DOmine Iesu Christe fili Dei viui, pone passionem, crucem, & mortem tuam inter iudiciũ tuum, & animã meam, nunc, & in hora mortis meæ: & mihi largiri digneris gratiam & misericordiam: viuis & defunctis requiem & veniam: Ecclesiæ tuæ pacem & concordiam: & nobis peccatoribus vitam & gloriam sempiternam. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

AD PRIMAM.

℣. Per signum &c. ℣.

DEus in adiutorium meum intende.

℟. Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, &c. Hymnus.

HOra prima Dominum ducunt ad Pilatum,
Et à falsis testibus multum accusatum,
Colaphis percutiunt manibus ligatum,
Vultum Dei conspuunt, lumen cæli gratum.

Antiphona. O Crucis victoria, & admirabile signũ, in cælesti curia fac nos captare triumphum. ℣. Adoramus te Christe.
Oratio. Domine Iesu Christe. vt supra.

AD TERTIAM.

℣. Per signum &c. ℣.

DEus in adiutorium meum intende.
℟. Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio, & nũc, & semper: & in sæcula sæculorum. Amen. Hymn.

CRucifige, crucifige clamitant hora tertiarum:
Illusus induitur veste purpurarum:
Caput eius pungitur corona spinarum:
Crucẽ portat humeris ad locũ pęnarum.

Antiphona. Funestæ mortis damnatur supplicium, dum Christus in cruce no-

stra

ſtra deſtruxit vincula criminum.
℣. Adoramus te Chriſte.
D omine Ieſu Chriſte. vt ſupra. Oratio.

AD SEXTAM.

℣. Per ſignum &c. ℣.
DEus in adiutorium meum intende.
℟. Dñe ad adiuuandum me feſtina.
G loria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto.
S icut erat in principio, &c. Hymnus.
HOra ſexta Ieſus eſt cruci cõclauatus,
Et cum latronibus pendens eſt deputatus,
Præ tormentis ſitiens felle ſaturatus.
Agnus crimen diluens ſic ludificatus.
Añã Per lignum ſerui facti ſumus, & per ſanctam crucem liberati ſumus: fructus arboris ſeduxit nos, Filius Dei redemit nos.
℣. Adoramus te Chriſte. Oratio.
D omine Ieſu Chriſte. vt ſupra.

AD NONAM.

℣. Per ſignum &c. ℣.
DEus in adiutorium meum intende.
℟. Domine ad adiuuandum me feſtina.
G loria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto.

S icut

Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculorum. Amen.

Hymnus.

HOra nona Dominus Iesus expirauit:
Eli clamans, Spiritum Patri commendauit:
Latus eius lancea miles perforauit,
Terra tũc contremuit, & Sol obscurauit.

Antiphona. O magnum pietatis opus: mors mortua tunc est, in ligno quando mortua vita fuit.

℣. Adoramus te Christe. Oratio.

Domine Iesu Christe. vt supra.

AD VESPERAS.

℣. Per signum &c. ℣.

DEus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nũc, & semper: & in sæcula sæculorum. Amen. Hymn.

DE cruce deponitur hora vespertina,
Fortitudo latuit in mente diuina:
Talem mortem subijt vitæ medicina:
Heu, corona gloriæ iacuit supina.

Anti-

Antiphona. O Crux benedicta, quæ sola fuisti digna portare talentum mundi: dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: super omnia ligna cedrorum tu sola excelsior, in qua mundi salus pependit, in qua Christus triumphauit, & mors mortem superauit in æternum.
℣. Adoramus te Christe. Oratio.
Domine Iesu Christe. vt supra.

AD COMPLETORIVM.

℣. Per signum &c. ℣.
CONuerte nos Deus salutaris noster. ℟. Et auerte iram tuam à nobis.
℣. Deus in adiutorium meum intende.
℟. Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & sẽper: & in sæcula sæculorum. Amen. Hymn.
HOra Completorij datur sepulturæ
Corpus Christi nobile, spes vitæ futuræ,
Cõditur aromate, complẽtur scripturæ,
Iugis sit memoria mortis suæ duræ.
Antiphona. Saluator mundi salua nos, qui per crucem & sanguinem tuum redemi-

demisti nos: auxiliare nobis, te deprecamur Deus noster.

℣. Adoramus te Christe. Oratio.

Domine Iesu Christe. vt supra.

Commendatio.

HAs horas canonicas cum deuotione,
Tibi Christe recolo pia ratione:
Vt qui pro me passus es amoris ardore,
Sis mihi solatium mortis in agone.
Amen.





OFFICIVM S. SPIRITVS.

AD MATVTINVM.

℣. Spiritus ſancti gratia illuminet ſenſus, & corda noſtra. ℟. Amen.

Sic dicitur in principio omnium horarum ſancti Spiritus. ℣.

DOmine labia mea aperies. ℟. Et os meum annũtiabit laudẽ tuam. ℣. Deus in adiutoriũ meũ intẽde. ℟. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum. Amen.

A Septuageſima vſque ad Paſcha, loco Alleluia. dicitur, Laus tibi Domine, rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

NObis ſancti Spiritus gratia ſit data,
De qua Virgo virginũ fuit obumbrata,
Cùm per ſanctũ Angelum fuit ſalutata,
Verbũ caro factum eſt, Virgo fœcũdata.

Anti-

Antiphona. Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in nobis ignem accende.

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.
℟. Et renouabis faciem terræ. Oremus.

ADsit nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus sancti: quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduersis. Per Dñm. in vnit. eiusdē.

AD PRIMAM.

℣. Spiritus sancti &c. ℣.

DEus in adiutorium meum intende.
℟. Dñe ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, &c. Hymnus.

DE virgine Maria Christus fuit natus,
Crucifixus, mortuꝰ, atque tumulatꝰ:
Resurgens discipulis fuit demonstratus,
Et ipsis cernentibus in cælos est eleuatus.

Antiphona. Veni sancte Spiritus.
℣. Emitte Spiritum tuum. Oratio.
Adsit nobis, quæsumus. vt supra.

AD TERTIAM.

℣. Spiritus sancti &c. ℣.

DEus in adiutorium meum intende.
℟. Dñe ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, & Filio: &c. Hymnus.

SVum ſanctum Spiritum Deus delegauit.
In die Pentecoſtes Apoſtolos cõfortauit,
Et de linguis igneis ipſos inflammauit,
Relinquere orphanos eos denegauit.

Antiphona. Veni ſancte Spiritus, reple.
℣. Emitte Spiritum tuum. Oratio.

ADſit nobis, q̃s Dñe, virtus Spiritus ſancti: quæ & corda noſtra clementer expurget, & ab omnibus tueat̃ aduerſis. Per Dñm noſtrum. in vnitate eiuſdem.

AD SEXTAM.

℣. Spiritus ſancti &c. ℣.

DEus in adiutorium meum intende.
℟. Dñe ad adiuuandum me feſtina.
Gloria Patri, & Filio: &c. Hymnus.

SEptiformem gratiam tunc acceptauerunt,
Quare idiomata cuncta cognouerunt:
Ad diuerſa climata mundi receſſerunt,
Et fidem catholicã tunc prædicauerunt.

Antiphona. Veni ſancte Spiritus, reple.
℣. Emitte Spiritum tuum. Oratio.
Adſit nobis. vt ſupra.

AD NONAM.

℣. Spiritus sancti &c. ℣.

DEus in adiutorium meum intende. ℟. Dñe ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, &c. Hymnus.

SPiritus paraclitus fuit appellatus:
Donum Dei, charitas, fons viuificatus,
Spiritalis vnctio, ignis inflammatus,
Septiformis gratia, charisma vocatus.

Antiphona. Veni sancte Spiritus.

℣. Emitte Spiritum tuum. Oratio.

ADsit nobis, q̃s Dñe, virtus Spiritus sā-cti: quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduersis. Per Dñm nostrum. in vnitate eiusdem.

AD VESPERAS.

℣. Spiritus sancti &c. ℣.

DEus in adiutorium meum intende. ℟. Dñe ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, &c. Hymnus.

DExtræ Dei digitus, virtus spiritalis,
Nos defendat, eruat ab oĩbus malis,
Vt nobis non noceat dæmon infernalis,
Protegat, & nutriat, foueatque sub alis.

Antiphona. Veni sancte Spiritus, &c.

℣. Emitte Spiritum tuum. Oratio.

A dsit nobis, quæsumus. vt supra.

AD COMPLETORIVM.

℣. Spiritus sancti &c. ℣.

C Onuerte nos Deus salutaris noster.
℟. Et auerte iram tuam à nobis.
℣. Deus in adiutorium meum intende.
℟. Domine ad adiuuandum me festina.
G loria Patri, &c. Hymnus.

S Piritus paraclitus nos velit iuuare,
Gressus nostros regere, & illuminare:
Vt cùm Deus venerit omnes iudicare,
Nos velit ad dexteram omnes appellare.

Antiphona. Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in nobis ignem accende.
℣. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.
℟. Et renouabis faciem terræ. Oratio.
A dsit nobis. vt supra.

Commendatio.

H As horas canonicas cum deuotione,
Tibi sancte Spiritus pia ratione
Dixi, vt nos visites inspiratione,
Et viuamus iugiter in cæli regione.
Amen.

EXERCITIVM
QVOTIDIANVM.

Cùm mane ſurgis, muniens te ſigno ſanctæ Crucis, dic.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

Deinde iunctis manibus ante pectus, dic. Amen.

Benedicta ſit ſancta & indiuidua Trinitas nunc & ſemper, & per infinita ſæcula ſæculorum. Pater noſter. Aue Maria. Credo &c.

COnfiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ ſemper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Ioãni Baptiſtæ, ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo, & omnibus ſanctis: quia peccaui nimis cogitatione, verbo, & opere: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideò precor beatã Mariã ſemper Virginem, beatũ Michaelem Archangèlum, beatum Ioannem Baptiſtam, ſanctos Apoſtolos Petrum &

Pau-

Paulum, & omnes ſanctos orare pro me ad Dominum Deum noſtrum.

MIſereatur noſtri omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis noſtris, perducat nos ad vitam æternam. ℟. Amen.

INdulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem peccatorum noſtrorum tribuat nobis omnipotens & miſericors Dominus. ℟. Amen.

Dignare Dñe die iſto, ſine peccato nos cuſtodire: miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri. Fiat miſericordia tua Domine, ſuper nos, quemadmodũ ſperauimus in te. Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat. Oratio.

DOmine Deus omnipotens, qui ad principiũ huius diei nos peruenire feciſti, tua nos hodie ſalua virtute, vt in hac die ad nullum declinemus peccatum, ſed ſemper ad tuam iuſtitiam faciendam noſtra procedant eloquia, dirigantur cogitationes & opera. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. Oratio.

DIrigere & ſanctificare, regere & gubernare dignare Domine Deus, rex

cæli & terræ, hodie corda & corpora nostra, ſenſus, ſermones, & actus noſtros in lege tua, & in operibus mandatorum tuórum: vt hic, & in æternum te auxiliante, ſalui & liberi eſſe mereamur Saluator mundi. Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

ANgele Dei, qui cuſtos es mei, me tibi commiſſum pietate ſuperna, hodie illumina, cuſtodi, rege, & guberna. Amen.

Benedictio. Dominus nos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam: & fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. Amen.

Cùm mane, meridie, & veſperi ſalutationis Angelicæ ſignum datur.

ANgelus Domini nuntiauit Mariæ, & concepit de Spiritu ſancto.

Aue Maria, &c.

Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Aue Maria, &c.

Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Aue Maria, &c. Oratio.

G ra-

GRatiam tuam, quæſumus Domine, mẽtibus noſtris infunde, vt qui Angelo nuntiante Chriſti filij tui incarnationem cognouimus, per paſſionem eius & crucem ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eumdẽ Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Fidelium animæ per miſericordiam Dei, requieſcant in pace. Amen.

Ante inchoationem Officij. Oratio.

ACtiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præueni, & adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra oratio & operatio, à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Poſt Officium. Oratio.

SVſcipe clementiſſime Deus, precibus & meritis beatæ Mariæ ſemper virginis, & omnium ſanctorũ & ſanctarũ, officium ſeruitutis noſtræ: & ſi quid dignum laude egimus, propitius reſpice: & quod negligenter actum eſt, clementer ignoſce. Qui in Trinitate perfecta viuis & regnas Deus, per omnia ſæcula ſæculorũ. Amen.

Exeundo domum, dic.

Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Gressus meos dirige secundùm eloquium tuum, vt non dominetur mei omnis iniustitia. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea.

Intrando in Ecclesiam.

Domine in multitudine misericordię tuæ introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

In aspersione aquæ benedictæ.

Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.

Ad sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum. Oratio.

AVe verum corpus, natum de Maria Virgine, verè passum, immolatum in cruce pro homine. Cuius latus perforatum, vnda fluxit sanguine. Esto nobis prægustatum in mortis examine. O dulcis, ò pie, ò Iesu fili Mariæ, miserere mei. Amen.

Oratio ante Missam.

CLementissime Pater misericordiarũ, & Deus totius consolationis, qui non semel tantùm filium tuum vnigenitum in cruce nostræ reparationi impendisti, sed eius oblationem tibi acceptissimam, in Ecclesia tua quotidie renouari, ad eius fructum in nobis renouandum voluisti: tribue nobis, quæsumus, tam admirando huic, & tam salutari tuæ pietatis mysterio, sic attentè, reuerenter, & amanter interesse, vt eius participationem, quàm efficacissimè consequi valeamus. Per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum &c.

Benedictio mensæ pro sæcularibus.

BEnedicite. ℟. Benedicite. Oratio.

Benedic Dñe nos, & hæc tua dona, quæ de tua largitate sumus sumpturi. Per Christum Dominũ nostrum. ℟. Amen.

Gratiarum actio post mensam.

Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias. Oratio.

Agimus tibi gratias omnipotens Deus, pro vniuersis beneficijs tuis, qui viuis &

regnas

regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.
Kyrie eleison. Christe eleis. Kyrie eleis.
Pater noster. secr. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.

Oremus.

Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam. ℟. Amen.
℣. Et fidelium animæ per misericordiam Dei, requiescant in pace. ℟. Amen.

Cùm vadis dormitum, muniens te signo sanctæ Crucis, dic.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Deinde iunctis manibus ante pectus, dic. Amen. Benedicta sit sancta & indiuidua Trinitas, nunc, & semper, & per infinita sæculorum sæcula.
Pater noster. Aue Maria. Credo. Confiteor &c. vt supra. Hymnus.

TE lucis ante terminum
Rerum creator poscimus:
Vt solita clementia
Sis præsul ad custodiam.

Procul recedant ſomnia,
Et noctium phantaſmata:
Hoſtemque noſtrum comprime,
Ne polluantur corpora.
Præſta Pater omnipotens,
Per Ieſum Chriſtum Dominum
Qui tecum in perpetuum
Regnat cum ſancto Spiritu. Amen.

Salua nos Domine vigilantes, cuſtodi nos dormientes: vt vigilemus cum Chriſto, & requieſcamus in pace.

Cuſtodi nos Domine, vt pupillam oculi: ſub vmbra alarum tuarum protege nos.

Dignare Domine nocte iſta, ſine peccato nos cuſtodire.

Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri.

Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te.

Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Oratio.

Viſita, quæſumus Domine, habitationem iſtam, & omnes inſidias inimici ab ea lōgè repelle, Angeli tui ſancti habitent in ea, qui nos in pace cuſtodiant, & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper. Per

Chri-

Christum Dominum nostrum. Amen.

Angele Dei, qui custos es mei, me tibi cõmissum pietate superna, hac nocte illumina, custodi, rege, & guberna. Amen.

Benedictio. Benedicat & custodiat nos omnipotens & misericors Dominus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Amen.

Oratio præparatoria ad confessionem Sacramentalem.

Conditor cæli & terræ, Rex regum, & Dominus dominantium, qui me de nihilo fecisti ad imaginem & similitudinem tuam, & me proprio tuo sanguine redemisti, quem ego peccator non sum dignus nominare, nec inuocare, nec corde cogitare. Te suppliciter deprecor, & humiliter exoro: vt clementer respicias me seruum tuum nequam. Et miserere mei, qui misertus fuisti mulieri Chananææ, & Mariæ Magdalenæ: qui pepercisti Publicano, & latroni in cruce pendenti. Tibi confiteor Pater pijssime peccata mea, quæ si volo abscondere, non possum tibi Domine. Parce mihi Christe, quem ego nuper multum offendi cogitando, loquendo,

do, operando, & in omnibus modis, in quibus ego fragilis homo, & peccator, peccare potui: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideò Domine precor tuam clementiã, qui de cælo pro mea ſalute deſcendiſti, qui Dauid à peccati lapſu erexiſti, parce mihi Domine, parce mihi Chriſte, qui Petro te neganti pepercisti. Tu es Creator meus, & Redemptor meus, Dominus meus, & Saluator meus, Rex meus, & Deus meus: Tu es ſpes mea, & fiducia mea, gubernatio mea, auxiliatio mea, conſolatio mea, & fortitudo mea, defenſio mea, & liberatio mea, vita mea, ſalus mea, & reſurrectio mea, lumen meum, deſiderium meum, adiutorium meum, & patrocinium meum. Te deprecor, & rogo, adiuua me, & ſaluus ero: guberna me, & defende me, conforta me, & conſolare me: confirma me, & lætifica me, illumina me, & viſita me: Suſcita me mortuum, quia factura & opus tuum ſum. Domine ne deſpicias me, quia famulus & ſeruus tuus ſum, quamuis malus, quamuis indignus, & peccator: ſed qualiſcumque

ſim, ſiue bonus, ſiue malus, ſemper tuus ſum. Ad quem ergo fugiam, niſi ad te vadam? Si tu me eijcis, quis me recipiet? Si tu me deſpicis, quis me aſpiciet? Recognoſce me ergo indignum ad te refugientem, quamuis ſim vilis & immundus: quia ſi vilis & immundus ſum, potes me mundare: ſi cæcus ſum, potes me illuminare: ſi infirmus ſum, potes me ſanare: ſi mortuus, & ſepultus ſum, potes me reſuſcitare: quia maior eſt miſericordia tua, quàm iniquitas mea: maior eſt pietas tua, quàm impietas mea: plus potes dimittere, quàm ego committere: & plus parcere, quàm ego peccator peccare. Non ergo deſpicias me Domine, neque attendas multitudinem iniquitatum mearum: ſed ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum miſerere mei, & propitius eſto mihi maximo peccatori. Dic animæ meæ: Salus tua ego ſum. Qui dixiſti: Nolo mortem peccatoris: ſed vt magis conuertatur, & viuat conuerte me Domine ad te, & noli iraſci contra me. Deprecor te clementiſſime Pater propter miſericordiam tuam, ſupplico, &

exo-

exoro, vt perducas me ad bonum finem, & ad veram pœnitentiam, puram confeſſionem, & dignam ſatisfactionem omnium peccatorum meorum. Amen.

Oratio ante confeſſionem Sacramentalem.

SVſcipe confeſſionem meam piiſſime, ac clementiſſime Domine Ieſu Chriſte; vnica ſpes ſalutis animæ meæ, & da mihi, obſecro, contritionem cordis, & lacrymas oculis meis, vt defleam diebus ac noctibus omnes negligentias meas cum humilitate & puritate cordis. Appropinquet oratio mea in conſpectu tuo Domine. Si iratus fueris contra me, quem adiutorem quæram? Quis miſerebitur iniquitatibus meis? Memento mei Domine, qui Chananæam, & Publicanum vocaſti ad pœnitentiam, & Petrum lacrymantem ſuſcepiſti: Domine Deus meus ſuſcipe preces meas. Saluator mundi Ieſu bone, qui te crucis morti dediſti, vt peccatores ſaluos faceres, reſpice me miſerum peccatorem inuocantem nomen tuum, & noli ſic attendere malum meum, vt obliuiſcaris

bonum tuum. Et si commisi vnde mē damnare potes, tu non amisisti vnde saluare soles. Parce ergo mihi, qui es Saluator meus, & miserere peccatrici animæ meæ. Solue vincula eius, sana vulnera. Domine Iesu, te desidero, te quæro, te volo: ostende mihi faciem tuam, & saluus ero. Emitte igitur pijssime Domine, meritis purissimæ, & immaculatæ semper virginis genitricis tuæ Mariæ, & sanctorum tuorum, lucem tuam, & veritatem tuam in animam meam, quæ omnes defectus meos in veritate mihi ostendat, quos confiteri me oportet, atque iuuet, & doceat ipsos plenè & cōtrito corde explicare. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio post confessionem.

SIt tibi Domine, obsecro meritis beatæ semper virginis, genitricis tuæ Mariæ, & omnium sanctorum, grata & accepta ista confessio mea: & quidquid mihi defuit nunc, & aliàs de sufficientia cōtritionis, de puritate & integritate confessionis, suppleat pietas & misericordia tua,

&

& secundùm illam digneris me habere plenius & perfectius absolutum in cælo. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio ante sanctam Communionem.

AD mensam dulcissimi conuiuij tui pie Domine Iesu Christe, ego peccator de proprijs meritis nihil præsumens, sed de tua confidens misericordia & bonitate, accedere vereor & contremisco. Nam cor, & corpus habeo multis criminibus maculatum: mentem & linguam non cautè custoditam. Ergo, ò pia deitas, ò tremenda maiestas, ego miser inter angustias deprehensus, ad te fontem misericordiæ recurro, ad te festino sanãdus, sub tuam protectionem fugio: & quem iudicem sustinere nequeo, Saluatorem habere suspiro. Tibi Domine plagas meas ostendo, tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa & magna, pro quibus timeo. Spero misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice in me oculis misericordiæ tuæ, Domine Iesu Christe, Rex æterne, Deus & homo, crucifixus

propter hominem. Exaudi me ſperantem in te: miſerere mei pleni miſerijs, & peccatis, tu qui fontem miſerationis numquam manare ceſſabis. Salue ſalutaris victima, pro me & omni humano genere in patibulo Crucis oblata. Salue nobilis & pretioſe Sanguis, de vulneribus crucifixi Domini mei Ieſu Chriſti profluens, & peccata totius mundi abluens. Recordare Domine creaturę tuę, quam tuo ſanguine redemiſti: pœnitet me peccaſſe, cupio emendare quod feci. Aufer ergo à me clementiſſime Pater, omnes iniquitates & peccata mea: vt purificatus mente & corpore, dignè deguſtare merear ſancta Sanctorum: & cõcede, vt ſancta prelibatio Corporis & ſanguinis tui, quam ego indignus ſumere intendo, ſit peccatorum meorum remiſſio, ſit delictorum perfecta purgatio, ſit turpium cogitationum effugatio, bonorumque ſenſuum regeneratio, operumque tibi placentium ſalubris efficacia, animæ quoque & corporis contra inimicorum meorum inſidias firmiſſima tuitio. Amen.

Alia Oratio ſancti Thomæ Aquinatis ante Communionem.

OMnipotens ſempiterne Deus, ecce accedo ad ſacramentum vnigeniti filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti. Accedo tamquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem miſericordiæ, cæcus ad lumen claritatis æternæ, pauper & egenus ad Dominum cæli & terræ. Rogo ergo immenſæ largitatis tuæ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lauare fœditatem, illuminare cæcitatem, ditare paupertatem, veſtire nuditatem: vt te panem Angelorum, Regem regum, & Dominum dominãtium, tanta ſuſcipiam reuerentia & humilitate, tanta contritione & deuotione, tanta puritate & fide, tali propoſito & intentione, ſicut expedit ſaluti animæ meæ. Da mihi, quæſo, dominici corporis & ſanguinis nõ ſolùm ſuſcipere Sacramentum, ſed etiam rem & virtutem ſacramenti. Omitiſſime Deus, da mihi corpus vnigeniti Filij tui Dñi noſtri Ieſu Chriſti, quod traxit de virgine Maria, ſic ſuſcipere, vt corpori ſuo

myſtico merear incorporari, & inter eius membra connumerari. O amantiſſime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via ſuſcipere propono, reuelata tandem facie perpetuò contemplari. Qui tecum viuit & regnat in vnitate &c.

Oratio ſancti Thomæ Aquinatis poſt Communionem.

GRatias tibi ago Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui me peccatorem indignum famulũ tuum nullis meis meritis, ſed ſola dignatione miſericordiæ tuæ ſatiare dignatus es pretioſo corpore & ſanguine Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et deprecor, vt hæc ſancta cõmunio non ſit mihi reatus ad pęnã, ſed ĩterceſſio ſalutaris ad veniã. Sit mihi armatura fidei & ſcutũ bonæ volũtatis. Sit vitiorum meorum euacuatio, cõcupiſcentiæ & libidinis exterminatio, charitatis & patientiæ, humilitatis & obedientiæ augmentatio: contra inſidias inimicorum omnium, tam viſibilium, quàm inuiſibilium firma defenſio, motuum meorum,

tam carnaliũ, quàm ſpiritualium perfecta purgatio : in te vno ac vero Deo firma adhæſio : atque mei finis fęlix conſummatio. Et præcor te, vt ad illud ineffabile cõuiuium me peccatorem perducere digneris: vbi tu cum Filio tuo, & Spiritu ſancto, ſanctis tuis es lux vera, ſatietas plena, gaudium ſempiternum, iucunditas conſummata, & fęlicitas perfecta. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Alia Oratio ſancti Bonauenturæ poſt Communionem.

TRansfige dulciſſime Domine Ieſu medullas & viſcera animæ meæ ſuauiſſimo ac ſaluberrimo amoris tui vulnere, vera, ſerenaque, et Apoſtolica ſanctiſſima charitate: vt langueat & liqueſiat anima mea ſolo ſemper amore & deſiderio tui, te concupiſcat, & deficiat in atria tua, cupiat diſſolui, & eſſe tecum. Da, vt anima mea te eſuriat, panem Angelorum, refectionem animarum ſanctarum, panem noſtrum quotidianum, ſuperſubſtantialem, habentem omnem dulcedinem, & ſaporem, & omne delectamentum ſuaui-

tatis: te, in quem desiderant Angeli prospicere, semper esuriat, & comedat cor meum, & dulcedine saporis tui repleātur viscera animæ meæ: te semper sitiat fontem vitæ, fontem sapiētiæ & scientię, fontem æterni luminis, torrentem voluptatis, vbertatem domus Dei, te semper ambiat, te quærat, te inueniat, ad te tendat, ad te perueniat, te meditetur, te loquatur, & omnia operetur in laudē & gloriam nominis tui cum humilitate & discretione, cum dilectione & delectatione, cum facilitate, & affectu, cum perseuerantia vsque in finem: & tu sis solus semper spes mea, tota fiducia mea, diuitiæ meæ, delectatio mea, iucunditas mea, gaudium meum, quies & tranquillitas mea, pax mea, suauitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, possessio mea, thesaurus meus: in quo fixa & firma, & immobiliter semper sit radicata mens mea, & cor meum. Amen.

Alia Oratio poſt Communionem.

INeffabilem miſericordiam tuam Domine Ieſu Chriſte, humiliter exoro: vt hoc Sacramentum corporis & ſanguinis tui, quod indignus ſuſcepi, ſit mihi purgatio ſcelerum, ſit fortitudo fragilium, ſit contra mundi pericula firmamentum, ſit impetratio veniæ, ſit ſtabilimentum gratiæ, ſit medicina vitæ, ſit memoria tuæ paſſionis, ſit contra debilitatem fomentum, ſit viaticum meæ peregrinationis. Euntem me conducat, errantem me reducat, reuertentem me ſuſcipiat, titubantem me teneat, cadentem me erigat, & perſeuerantem me in gloriam introducat. O altiſſime Deus, beatiſſima præſentia corporis & ſanguinis tui ſic immutet palatum cordis mei, vt præter te nullam vmquam ſentiat dulcedinem, nullã amet pulchritudinem, nullum quærat illicitum amorem, nullam deſideret conſolationem, nullam admittat vmquam delectationem, nullum curet honorem, nullam timeat crudelitatem. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti &c.

ORATIONES,
ſeu Meditationes variæ de Paſſione Domini.
Oratio de ſingulis articulis Paſſionis.

DEus, qui pro redemptione mundi voluiſti naſci, circumcidi, à Iudæis reprobari, à Iuda traditore oſculo tradi, vinculis alligari, ſicut agnus innocens ad victimam duci, atque conſpectibus Annæ, Caiphæ, Pilati, & Herodis indecenter offerri, à falſis teſtibus accuſari, flagellis & opprobrijs vexari, ſputis conſpui, ſpinis coronari, colaphis cædi, arundine percuti, facie velari, veſtibus exui, cruci clauis affigi, in cruce leuari, inter latrones deputari, felle & aceto potari, & lancea vulnerari. Tu Domine per has ſanctiſſimas pœnas tuas, quas ego indignus recolo, & per ſanctam crucem, & mortem tuam, libera me à pęnis inferni, & perducere digneris, quò perduxiſti latronem tecum crucifixum. Qui cũ Patre, & Spiritu ſancto viuis, &c.

Alia Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, in cuius ditione cuncta ſunt poſita, & non eſt qui

poſſit

poſſit reſiſtere voluntati tuæ, qui dignatus es naſci, mori, & reſurgere: per myſterium ſacratiſſimi corporis tui, & per quinque vulnera, & effuſionem pretioſiſſimi ſanguinis tui miſerere nobis, ſicut tu ſcis neceſſarium eſſe animabus, & corporibus noſtris: libera nos à diaboli tentatione, & ab omnibus, quibus nos anguſtiatos eſſe cognoſcis, noſque in ſeruitio tuo vſque in finē conſerua, atque corrobora, & veram emendationem, ſpatiumque veræ pœnitentiæ nobis tribue, & remiſſionem omnium peccatorum poſt obitum: & fac nos, fratres & ſorores, amicos & inimicos inuicem diligere, & cum omnibus ſanctis tuis in regno tuo ſine fine gaudere: qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis & regnas Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Ad vulnera Chriſti. Oratio.

ROgo te Domine Ieſu per illa ſalutifera vulnera tua, quę paſſus es in cruce pro ſalute noſtra, è quibus emanauit ille pretioſus ſanguis, quo ſumus redempti, vulnera hāc animam meam peccatricem,

pro qua etiam mori dignatus es, vulnera eam igneo & potentissimó telo tuæ nimiæ charitatis. Confige cor meum iaculo tui amoris, vt dicat tibi anima mea, Charitate tua vulnerata sum; ita vt ex ipso vulnere amoris tui vberrimæ fluant lacrymæ die ac nocte. Percute Domine, percute obsecro hanc durissimam mentem meam pia & valida cuspide dilectionis tuæ, & altius ad intima penetra potenti virtute. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Meditationes piæ de Passione Christi.

O Domine Iesu Christe, adoro te in cruce pendentem, & coronam spineam in capite portantem: deprecor te, vt me tua crux liberet ab angelo percutiente. Amen.

Pater noster. Aue Maria.

O Domine Iesu Christe, adoro te in cruce vulneratum, felle & aceto potatum: deprecor te, vt vulnera tua sint remedium animæ meæ. Amen.

Pater noster. Aue Maria.

O Domine Ieſu Chriſte, propter illam amaritudinem, quam pro me miſerrimo ſuſtinuiſti in cruce, maximè in illa hora, quando nobiliſſima anima tua egreſſa eſt de benedicto corpore tuo: deprecor te, miſerere animæ meæ in egreſſu ſuo, & perduc eam in vitam æternam. Amen.

Pater noſter. Aue Maria.

O Domine Ieſu Chriſte, adoro te deſcendentem ad inferos, & liberantem captiuos: deprecor te, ne permittas me illuc introire. Amen.

Pater noſter. Aue Maria.

O Domine Ieſu Chriſte, adoro te reſurgentem à mortuis, aſcendentem ad celos, ſedentemque ad dexteram Patris: deprecor te, vt illuc te ſequi, & tibi præſentari merear. Amen.

Pater noſter. Aue Maria.

O Domine Ieſu Chriſte, paſtor bone, iuſtos conſerua, peccatores iuſtifica, & omnibus fidelibus miſerere, & propitius eſto mihi peccatori. Amen.

Pater noſter. Aue Maria.

O Domine Ieſu Chriſte, adoro te in ſe-

pulchro positum, myrrha & aromatibus conditum: deprecor te, vt tua mors sit vita mea. Amen.

Pater noster. Aue Maria.

De septem verbis, quæ Christus in Cruce pendens, dixit. Oratio.

DOmine Iesu Christe fili Dei viui, qui in cruce pendẽs dixisti: Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt: fac vt ego amore tui parcam cunctis mihi malefacientibus. Et qui dixisti latroni, Hodie mecum eris in paradiso: fac me ita viuere: vt in hora mortis meæ dicas mihi, Hodie mecum eris in paradiso. Et qui dixisti matri tuæ: Mulier, Ecce filius tuus: deinde discipulo: Ecce mater tua: fac vt matri tuæ me societ amor tuus, & charitas vera. Et qui dixisti, Eli, Eli, lammasabacthani? Hoc est Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? fac me dicere in omni tribulatione & angustia mea: Pater mi, Domine mi, miserere mihi peccatori, & adiuua me rex meus, & Deus meus: qui tuo proprio sanguine redemisti me. Et qui dixisti, Sitio: fac vt semper sitiam te

fon-

fontem aquæ viuæ. Et qui dixisti, Pater, in manus tuas commẽdo spiritum meum, suscipe me redeuntem ad te. Et qui dixisti: Consummatum est: fac vt audire merear illam dulcissimam vocem tuam, scilicet: Veni amica mea, dilecta mea, sponsa mea: veni, vt mecum cõscendas cum Angelis & sanctis meis in regno meo epulari, iucundari, & commorari per infinita sæculorum sæcula. Amen.

Salutationes ad omnia membra Christi, & sui ipsius ad eum commendatio.

SAlue tremendum cunctis potestatibus caput Domini Iesu Christi Saluatoris nostri, pro nobis spinis coronatum, & arundine percussum.

Salue speciosissima Saluatoris nostri Iesu Christi facies, pro nobis sputis & alapis cæsa.

Saluete benignissimi Domini Iesu Christi Saluatoris nostri oculi, pro nobis lacrymis perfusi.

Salue mellifluum os, gutturque suauissimum Domini nostri Iesu Christi, pro nobis felle & aceto potatum.

Saluete aures nobilissimæ Domini Iesu Christi Saluatoris nostri, pro nobis cõtumelijs, & opprobrijs affectæ.

Salue collum humile Iesu Christi, pro nobis colaphizatum, dorsumque sanctissimum pro nobis flagellatum.

Saluete venerabiles Domini nostri Iesu Christi manus & brachia, pro nobis in cruce extensa.

Salue pectus mitissimum Domini Iesu Christi Saluatoris nostri, pro nobis in passione conturbatum.

Salue latus gloriosum Domini nostri Iesu Christi, pro nobis lancea militis perforatum.

Saluete Domini Iesu Christi Saluatoris nostri sacra misericordiæ genua, pro nobis in orationibus flexa.

Saluete Domini Iesu Christi Saluatoris nostri pedes adorandi, pro nobis clauis affixi.

Salue totum corpus Iesu Christi, pro nobis in cruce suspensum: vulneratum, mortuum, & sepultum.

Salue sanguis pretiosissime, de corpore Domi-

Domini Iesu Christi Saluatoris nostri, pro nobis effuse.

Salue sanctissima Domini nostri Iesu Christi anima, in cruce pro nobis in manus Patris commendata.

In eadem commendatione tibi commendo hodie & quotidie animam meam, vitam meam, cor & corpus meum, omnes sensus & actus meos, omnes amicos, benefactores, filios, & consanguineos meos, animas parentum, fratrum, sororum, & omnium amicorum, ac inimicorum meorum: vt nos protegere, liberare, & defendere digneris ab omnibus insidijs inimicorum nostrorum visibilium, & inuisibilium, nunc, & in perpetuum. Amen.

ORATIO AD BEATAM Virginem Mariam.

OBsecro te Domina sancta Maria, mater Dei, pietate plenissima, summi Regis filia, mater gloriosissima, mater orphanorum, consolatio desolatorum, via errantium, salus omniũ in te sperantium, virgo ante partum, virgo in partu, & virgo post partum: fons misericordiæ, fons

salutis & gratiæ, fons consolationis & indulgẽtiæ, fons pietatis & lætitiæ, fons vitæ & veniæ. Per illam sanctam ineffabilem lætitiam, qua exultauit spiritus tuus in illa hora, in qua tibi per Gabrielem Archãgelum annuntiatus, & conceptus filius Dei fuit. Et per illam sanctam & ineffabilem humilitatem, in qua respondisti Archangelo Gabrieli, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum. Et per illud diuinum mysterium, quod tunc operatus est in te Spiritus sanctus: Et per ineffabilem gratiam, pietatẽ, misericordiam, amorem, & humilitatem, per quas filius tuus Dominus noster Iesus Christus descendit accipere humanam carnẽ in venerabilissimo vtero tuo: Et per gloriosissima quindecim gaudia, quæ habuisti de filio tuo Domino nostro Iesu Christo: Et per illam sanctam, & maximã compassionem, & acerbissimum cordis dolorem, quem habuisti, quando filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum ante crucẽ, nudatum, & in ipsa leuatum pendentem, crucifixum, vulneratum, sitientem, amarissi-

mum

mum potum fel & acetum ori eius apponi vidisti, Eli clamantem audisti, & morientem vidisti: Et per quinque vulnera eiusdem Filij tui, & per contractionem viscerum tuorum præ nimio dolore vulnerum suorum, & per dolorem quem habuisti, quãdo vidisti eum vulnerari: Et per fontes sanguinis sui, & per omnem passionem eius, & dolorem cordis tui, & per fontes lacrymarum tuarum, vt cum omnibus sanctis & electis Dei venias, & festines in auxilium & consilium meum, in omnibus orationibus & petitionibus meis, in omnibus angustijs & necessitatibus meis, & in omnibus illis rebus, in quibus ego sum aliquid facturus, & locuturus, aut cogitaturus omnibus diebus, ac noctibus, horis, atque momentis vitæ meæ. Et mihi famulo tuo N. impetres à dilecto filio tuo Domino nostro Iesu Christo virtutum omnium complementum cum omni misericordia & consolatione, omni consilio & adiutorio, omni benedictione & sanctificatione, omni saluatione, pace, & prosperitate, omni gaudio & alacritate; etiam

abundātiam omnium bonorum ſpiritualium, & corporalium, & gratiam ſancti Spirit⁹, qui me bene per omnia diſponat, animam meam cuſtodiat, corpus meum regat & protegat, mentem erigat, mores componat, actus probet, cogitationes ſanctas inſtituat, præterita mala indulgeat, præſentia emendet, & futura moderetur: vitam honeſtam & caſtam mihi tribuat: fidem, ſpem, & charitatem mihi præſtet: articulos fidei firmiter credere, & præcepta legis obſeruare me faciat: ſenſus corporis mei regat, & protegat, & à peccatis mortalibus me ſemper liberet, & defendat vſque in finē meum: hanc orationem ſuppliciter exaudiat, & ſuſcipiat, & vitam æternam mihi tribuat. Audi & intercede pro me dulciſſima virgo Maria mater Dei, & miſericordiæ. Amen.

Alia Oratio ad eamdem, & ſimul ad B. Ioannem Euangeliſtam.

O Intemerata & in æternum benedicta, ſingularis, atque incomparabilis virgo Dei genitrix Maria, gratiſſimū Dei templum, Spiritus ſancti ſacrarium, ianua

regni

regni cælorum, per quam post Deum totus viuit orbis terrarum. Inclina mater misericordiæ aures tuæ pietatis indignis supplicationibus meis, & esto mihi miserrimo peccatori pia & propitia in omnibus auxiliatrix. O Ioannes beatissime, Christi familiaris & amice, qui ab eodem Domino nostro Iesu Christo, virgo es electus, & inter ceteros magis dilectus, atque in mysterijs cælestibus vltra omnes imbutus, Apostolus enim & Euangelista factus es præclarissimus. Te etiam inuoco cum Maria matre eiusdem Domini nostri Iesu Christi Saluatoris, vt mihi opem tuā cum ipsa cōferre digneris. O duæ gemmæ cælestes, Maria & Ioannes. O duo luminaria diuinitus ante Deum lucentia, vestris radijs scelerum meorum effugate nubila. Vos enim estis illi duo, in quibus vnigenitus Dei filius ob sincerissimæ virginitatis meritum, dilectionis suæ confirmauit priuilegium in cruce pendens, vni vestrum ita dicens: Mulier, ecce filius tuus. Deinde ad alium: Ecce mater tua. In huius ergo tam sacratissimi amoris dulcedine,

qua tunc ore dominico velut mater & filius adinuicem coniuncti estis, vobis duobus ego miserrimus peccator commendo hodie corpus & animã meam; vt in omnibus horis atq. momentis, interius & exterius firmi custodes, & pij apud Deum intercessores mihi existere dignemini: poscite mihi queso corporis & animę salutẽ. Agite quæso, agite vestris gloriosis precibus, vt cor meũ inuisere, & inhabitare dignetur Spiritus almus gratiarum largitor optimus, qui me à cũctis vitiorũ sordibus expurget, virtutibus sacris illustret, & exornet: in dilectione Dei & proximi mei perfectè stare & perseuerare me faciat, & post huius vitæ cursum, ad gaudia ducat electorum suorum benignissimus Paraclitus: Qui cum Patre & Filio viuit & regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Planctus B. Mariæ virginis.

STabat mater dolorosa
Iuxta cricem lacrymosa,
Dum pendebat Filius.
Cuius animam gementem,
Contristantem, & dolentem

Per-

Pertranſiuit gladius.
O quàm triſtis & afflicta
Fuit illa benedicta
Mater vnigeniti!
Quæ męrebat & dolebat,
Et tremebat, cùm videbat
Nati pœnas inclyti.
Quis eſt homo qui non fleret,
Chriſti matrem ſi videret
In tanto ſupplicio?
Quis non poſſet contriſtari,
Piam matrem contemplari
Dolentem cum Filio?
Pro peccatis ſuæ gentis,
Vidit Ieſum in tormentis,
Et flagellis ſubditum.
Vidit ſuum dulcem natum
Morientem deſolatum,
Dum emiſit ſpiritum.
Eia mater, fons amoris,
Me ſentire vim doloris
Fac vt tecum lugeam.
Fac vt ardeat cor meum,
In amando Chriſtum Deum,
Vt ſibi complaceam.

Sancta mater istud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo validè.
Tui nati vulnerati,
Tam dignati pro me pati,
Pœnas mecum diuide.
Fac me verè tecum flere,
Crucifixo condolere
Donec ego vixero.
Iuxta crucem tecum stare,
Te libenter sociare
In planctu desidero.
Virgo virginum præclara,
Mihi iam non sis amara,
Fac me tecum plangere.
Fac, vt portem Christi mortem
Passionis fac consortem,
Et plagas recolere.
Fac me plagis vulnerari,
Cruce hac inebriari,
Ob amorem Filij.
Inflammatus, & accensus,
Per te Virgo sim defensus,
In die iudicij.
Fac me cruce custodiri,

Morte Christi præmuniri,
Confoueri gratia.
Quando corpus morietur,
Fac vt animæ donetur
Paradisi gloria. Amen.

℣. Tuam ipsius animam doloris gladius pertransiuit.

℟. Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

Oratio.

INteruеniat pro nobis, quæsumus Domine Iesu Christe, nunc & in hora mortis nostræ, apud tuã clementiam beata virgo Maria mater tua, cuius sacratissimam animam in hora tuæ passionis, doloris gladius pertransiuit. Per te Iesu Christe Saluator mundi. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Commendatio ad Virginem Mariam.

O Domina mea sancta Maria, me in tuam benedictam fidem, ac singularem custodiam, & in sinum misericordiæ tuæ hodie, & quotidie, & in hora exitus mei: animam meam, & corpus meum tibi commendo, omnem spem meam, &

consolationem meam, omnes angustias & miserias meas, vitam & finem vitæ meæ tibi committo: vt per tuam sanctissimam intercessionem, & per tua merita, omnia mea dirigantur & disponantur opera secundùm tuam, tuique Filij voluntatem. Amen.

Alia Oratio ad Virginem.

O Maria Dei genitrix, & Virgo gloriosa, omniũ desolatorum ad te clamantium consolatrix vera, per illud magnum gaudium, quo cõsolata es, quando cognouisti Dominum Iesum die tertia à mortuis impassibilem resurrexisse sis consolatrix animæ meæ, & apud eumdem, tuum & Dei natum vnigenitum in die nouissimo, quando cum anima & corpore ero resurrecturus, & de singulis meis factis rationem redditurus, me digneris iuuare, vt perpetuæ damnationis sententiam per te pia mater & virgo valeam euadere, & cum electis Dei omnibus ad æterna gaudia fœliciter peruenire. Amen.

ORATIO D. GREGORII

Papæ, quæ habetur in fine explanationum septem Psalmorum Pœnitentialium.

BOne Iesu verbum Patris, & splendor paternæ gloriæ, in quem desiderant Angeli prospicere: doce me facere voluntatem tuam, vt spiritu tuo bono deductus, ad beatam illam perueniam ciuitatem: vbi est dies æternus, & vnus omnium spiritus: vbi est certa securitas, & secura æternitas, & æterna tranquillitas, & tranquilla fælicitas, & fælix suauitas, & suauis iucunditas: vbi cum Patre & Spiritu sancto viuis & regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio ad Iesum.

O Bone Iesu, ò pijssime Iesu, ò dulcissime Iesu, ò Iesu fili Mariæ virginis, plene misericordia & pietate: ò dulcis Iesu, secundũ magnam misericordiam tuã miserere mei. O clementissime Iesu, te deprecor per illum sanguinem pretiosum, quem pro peccatoribus effundere voluisti, vt abluas omnes iniquitates meas, & in

me respicias miserũ & indignum, humiliter veniam petentem, & hoc nomẽ sanctum Iesus inuocantem. O nomen Iesu, nomen dulce: nomen Iesu, nomen delectabile: nomen Iesu, nomen confortans: quid est enim Iesus, nisi Saluator? Ergo Iesu propter nomen sanctum tuum esto mihi Iesus, & salua me: ne permittas me damnari, quem tu de nihilo creasti. O bone Iesu, ne perdat me iniquitas mea, quẽ fecit omnipotens bonitas tua. O dulcis Iesu recognosce quod tuum est, & absterge quod alienum est. O benignissime Iesu, miserere mei dum tempus est miserendi: ne damnes me in tempore iudicandi. Quę vtilitas in sanguine meo, dum descendero in æternam corruptionem? Non mortui laudabunt te Domine Iesu, neque omnes qui descendunt in infernum. O amãtissime Iesu, ò desideratissime Iesu, ò mitissime Iesu, ò Iesu, Iesu, Iesu, admitte me intrare in numerum electorũ tuorum: ò Iesu salus in te credentium: ò Iesu solatiũ ad te confugentium: ò Iesu dulcis remissio omniũ peccatorum: ò Iesu fili Mariæ virginis,

ginis, infunde in me gratiam, ſapientiam, charitatem, caſtitatem, & humilitatem, vt poſſim te perfectè diligere, te laudare, te perfrui, tibi ſeruire, & in te gloriari, & omnes, qui inuocant nomen tuum, quod eſt Ieſus. Amen.

Oratio B. Thomæ de Aquino.

CONcede mihi miſericors Deus, quæ tibi placita ſunt, ardenter cõcupiſcere, prudenter inueſtigare, veraciter agnoſcere, & perfectè adimplere, ad laudem & gloriã nominis tui. Ordina ſtatum meũ, & quod à me requiris vt faciam, tribue vt ſciam. Et da exequi ſicut oportet, & expedit animæ meæ. Da mihi Domine Deus meus inter proſpera & aduerſa non deficere: vt in illis non extollar, & in iſtis non deprimar: de nullo gaudeam vel doleam, niſi quod ducat ad te, vel abducat à te. Nulli placere appetã, vel diſplicere timeã, niſi tibi. Vileſcant mihi Domine omnia tranſitoria, & chara mihi ſint omnia tua propter te, & tu Deus præter omnia. Tædeat me gaudij, quod eſt ſine te, nec aliquid cupiã, quod eſt extra te. Delectet me Domi-

Domine labor, qui eſt pro te: & tædioſa ſit mihi omnis quies, quæ eſt ſine te. Frequẽter da mihi Dñe cor ad te dirigere, & in defectione mea, cũ emendationis propoſito dolẽdo penſare. Fac me Domine Deus obedientẽ ſine contradictione, pauperem ſine defectione: caſtum ſine corruptione: patientem ſine murmuratione: humilem ſine fictione & hilarem ſine diſſolutione: triſtem ſine deiectione: maturum ſine grauitate: agilem ſine leuitate: timentem ſine deſperatione: veracẽ ſine duplicitate: operantem bona ſine præſumptione: proximum corrigere ſine elatione: ipſum ædificare verbo & exemplo ſine ſimulatione. Da mihi Domine Deꝰ cor peruigil, quod nulla abducat à te curioſa cogitatio. Da nobile, quod nulla deorſum trahat indigna affectio. Da rectũ, quod nulla deorſum obliquet ſiniſtra intentio. Da inuictum, quod nulla frangat tribulatio. Da liberum quod nulla ſibi vẽdicet peruerſa & violẽta affectio. Largire mihi Domine Deus meus intellectum te cognoſcentem, diligentiã te quærentem, ſapientiam te inuenien-

uenientem: conuerſationem tibi placentem: perſeuerantiam te fideliter expectantem: & fiduciā te finaliter amplectentem: tuis pęnis configi per pęnitentiam: tuis beneficijs vti in via per gratiam: & tandem tuis gaudijs in patria perfrui per gloriam. Qui cum Patre, &c.

Alia Oratio S. Thomæ de Aquino ante ſtudium.

CReator ineffabilis, qui de theſauris ſapientiæ tuæ, tres Angelorum hierarchias annotaſti, & eas ſuper cęlum empyreum miro ordine collocaſti, atque elegātiſſimè partes vniuerſi diſtribuiſti: Tu inquam, qui verus fons luminis & ſapientiæ diceris, atque ſupereminens principiū, infundere digneris ſuper intellectus mei tenebras tuæ radium claritatis, duplices, in quas natus ſum, à me remouens tenebras, peccatum ſcilicet & ignorantiam. Qui linguas infantium facis eſſe diſertas, linguam meā erudias, atque in labijs meis gratiam tuæ benedictionis infundas. Da mihi intelligendi acumen, retinēdi capacitatem, interpretandi ſubtilitatem, addi-

ſcendi facilitatem, loquendi gratiam copioſam: ingreſſum inſtruas, progreſſum dirigas, egreſſum cõpleas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Oratio in afflictione.

O Dulciſſime Domine Ieſu Chriſte verus Deus, qui de ſinu ſummi Patris omnipotentis miſſus es in mundum peccata relaxare, afflictos redimere, in carcere poſitos ſoluere, diſperſos congregare, peregrinos in ſuam patriam reducere, contritis corde miſereri, dolentes & lugentes conſolari: Dignare Domine Ieſu Chriſte abſoluere & liberare me famulum tuum N. de afflictione & tribulatione, in qua poſitus ſum: tu Domine, qui genus humanum in quantum homo, à Deo Patre omnipotente in cuſtodiam recepiſti, & pietate tua crudeli paſſione, nobis paradiſum pretioſo ſanguine tuo mirabiliter mercatus es, & inter Angelos & homines pacem feciſti. Tu Domine Ieſu Chriſte digneris inter me & inimicos meos ſtabilire & confirmare concordiã & pacem, & gratiam tuam ſuper me oſtendere, & in-

infundere misericordiam tuam, & omne odium & iracundiam inimicorum meorum, quod contra me habent, digneris extinguere & mitigare: & sicut iracundiam & odium Esau abstulisti, quod habebat aduersus Iacob fratrem suum: ita Domine Iesu Christe super me famulum tuum N. brachium tuum, & gratiam tuam extendere, & me liberare digneris ab omnibus me odientibus. Et tu Domine Iesu Christe, sicut liberasti Abraham de manibus Chaldæorum, & filium eius Isaac de immolatione sacrificij cũ ariete, & Iacob de manu Esau fratris sui, & Ioseph de manu fratrum suorum, Noe per arcam diluuij, & Lot de ciuitate Sodomorũ, famulos tuos Moysen & Aaron, & populum Israel de manu Pharaonis, & de seruitute Ægypti, Dauid regem de manu Saulis, & Goliæ gigantis, Susannam de falso crimine, & testimonio: Iudith de manu Holofernis: Danielem de lacu leonum, tres pueros Sidrach, Misach, & Abdenago de camino ignis ardentis, Ionam de ventre ceti & filiam Chananææ, quæ erat tormen-

tata

tata per diabolum:& Adam de profundo puteo inferni, cum pretiosissimo sanguine tuo: Petrum de mari, & Paulū de vinculis, ita me famulum tuum N. dulcissime Dñe Iesu Christe, fili Dei viui liberare digneris ab omnibus inimicis meis, & succurere in adiutorium meum per sancta beneficia tua, per sanctam incarnationem tuam, quā accepisti vt homo de virgine Maria, per sanctā natiuitatem tuam, per famem, per sitim, per frigus, per calores, per labores & afflictiones, per sputa, per alapas, per flagella, per clauos, per lanceam, per spineam coronam, per potatione fellis & aceti, per sęuissimam mortem crucis, per septem verba, quæ pendens in cruce dixisti, scilicet Deo patri omnipotenti: Ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Dixisti Domine latroni in cruce pendenti: Amen, amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Dixisti Domine Patri tuo: Eli, Eli, lāmasabacthani? quod est interpretatū. Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Dixisti Domine matri tuæ: Mulier, ecce filius tuus. De-

inde diſcipulo: Ecce mater tua: oſtendens curam te habere tuorum amicorum. Dixiſti Domine: Sitio, ſcilicet ſalutem animarum ſanctarum, quæ in limbo fuerunt, & noſtram cupiendo. Dixiſti Domine Patri tuo: In manus tuas commendo ſpiritum meum. Dixiſti Domine: Cõſummatum eſt: ſignificans labores & dolores, quos pro nobis miſeris ſuſcepiſti, iam finiri. Propter hos etiam rogo te redemptor Domine Ieſu Chriſte, vt me famulum tuum N. cuſtodias ab hoſte maligno, & ab omni periculo: hic in præſenti, & in futuro. Defende me per deſcenſionem tuam ad inferos, per ſanctam reſurrectionem tuam, & frequentem diſcipulorum tuorum conſolationem, per admirabilem aſcenſionem tuam, per aduentum Spiritus ſancti paracliti, per diem tremendi iudicij: per hæc omnia exaudi me Domine. Et per cuncta beneficia tua, & etiam pro cunctis beneficijs tuis mihi famulo tuo collatis: quia tu me feciſti ex nihilo, tu produxiſti me, tu ad fidem ſanctam tuam perduxiſti me: & contra dia-

boli tentationem me præmunisti, vitam æternam promittendo. Propter ista, & omnia alia, quæ oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt: rogo te dulcissime Domine Iesu Christe, vt ab omnibus periculis animæ & corporis pro tua pietate & misericordia, me famulum tuum N. nunc & semper liberare digneris. Et post huius vitæ cursum, ad te Deum viuum & verum me perducere digneris. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Psalmus in tribulatione.

QVi habitat in adiutorio Altissimi: in protectione Dei cæli cõmorabitur.

Dicet Domino, Susceptor meus es tu: & refugium meum, Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium: & à verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis.

Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno.

A sagitta volante in die, à negotio perambulante

bulante in tenebris: ab incurſu, & dæmonio meridiano.
Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.
Verumtamen oculis tuis conſiderabis: & retributionem peccatorum videbis.
Quoniam tu es Domine ſpes mea: altiſſimum poſuiſti refugium tuum.
Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.
Quoniam Angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.
In manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.
Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis: & conculcabis leonem, & draconem.
Quoniã in me ſperauit, liberabo eũ: protegã eum, quoniã cognouit nomen meũ.
Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.
Longitudine dierum replebo eum: & oſtendam illi ſalutare meum.
Gloria Patri, &c.

Oratio.

DEus, qui contritorũ non despicis gemitum, & mœrentium non spernis affectum: adesto precibus nostris, quas tibi pro tribulatione nostra effundimus, easque clementer exaudi: vt quidquid cõtra nos diabolicæ, atque humanæ moliuntur aduersitates, ad nihilum redigatur, & consilio tuæ pietatis allidatur: quatenus nullis aduersitatibus læsi, sed de omni tribulatione & angustia erepti, in Ecclesia tua tibi gratias referamus. Dimitte Domine peccata nostra, & tribue nobis misericordiam tuam, quam precamur: vt humilitatem nostram attendas, vincula soluas, delicta deleas, tribulationem inspicias; aduersitatem repellas, effectumque petitionis nostræ largiens, supplices tuos clementer exaudias. Per Dominum.

Symbolum S. Athanasij.

QVicumque vult saluus esse: ante oĩa opus est vt teneat catholicam fidem.

Quam nisi quisque integram, inuiolatamque seruauerit: absque dubio in æternum peribit.

Fides autem catholica hæc est: vt vnum

Deum

Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur.
Neque confundentes personas: neque substantiam separantes.
Alia est enim persona Patris, alia Filij: alia Spiritus sancti.
Sed Patris, & Filij, & Spiritus sancti vna est diuinitas: æqualis gloria, coæterna maiestas.
Qualis Pater, talis Filius: talis Spiritus sanctus.
Increatus Pater, increatus Filius: increatus Spiritus sanctus.
Immensus Pater, immensus Filius: immensus Spiritus sanctus.
Æternus Pater, æternus Filius: æternus Spiritus sanctus.
Et tamen non tres æterni: sed vnus æternus.
Sicut non tres increati, nec tres immensi: sed vnus increatus, & vnus immensus.
Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius: omnipotens Spiritus sanctus.
Et tamen non tres omnipotẽtes: sed vnus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius: Deus Spiritus ſanctus.

Et tamen non tres dij: ſed vnus eſt Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius: Dominus Spiritus ſanctus.

Et tamen non tres Domini: ſed vnus eſt Dominus.

Quia ſicut ſingillatim vnamquamque perſonam Deum ac Dominum confiteri Chriſtiana veritate compellimur: ita tres deos aut dominos dicere, catholica religione prohibemur.

Pater à nullo eſt factus: nec creatus, nec genitus.

Filius à Patre ſolo eſt: non factus, nec creatus, ſed genitus.

Spiritus ſanctus à Patre, & Filio: non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens.

Vnus ergo Pater, non tres Patres, vnus Filius, non tres Filij: vnus Spiritus ſanctus, non tres Spiritus ſancti.

Et in hac Trinitate nihil prius aut poſterius, nihil maius aut minus: ſed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt & coæquales.

Ita vt per omnia, ſicut iam ſupra dictum eſt: & vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate veneranda ſit.

Qui vult ergo ſaluus eſſe: ita de Trinitate ſentiat.

Sed neceſſarium eſt ad æternam ſalutem: vt incarnationem quoque Domini noſtri Ieſu Chriſti fideliter credat.

Eſt ergo fides recta, vt credamus & confiteamur: quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei filius, Deus & homo eſt.

Deus eſt ex ſubſtantia Patris, ante ſæcula genitus: & homo eſt ex ſubſtantia matris, in ſæculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo: ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens.

Æqualis Patri ſecundùm diuinitatem: minor Patre ſecundùm humanitatem.

Qui licet Deus ſit & homo: non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus.

Vnus autem non conuerſione diuinitatis in carnem: ſed aſſumptione humanitatis in Deum.

Vnus omninò non confuſione ſubſtantiæ: ſed vnitate perſonæ.

Nam ſicut anima rationalis & caro vnus eſt homo: ita Deus & homo, vnus eſt Chriſtus.

Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra, deſcendit ad inferos: tertia die reſurrexit à mortuis.

Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis: inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos.

Ad cuius aduentũ omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis: & reddituri ſunt de factis proprijs rationem.

Et qui bona egerunt, ibũt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum.

Hæc eſt fides catholica, quam niſi quiſque fideliter firmiterque crediderit: ſaluus eſſe non poterit.

ITINERARIVM.

In ipſo itineris ingreſſu, ſi ſolus fuerit, dicat in ſingulari, ſi cum ſocijs, in plurali.

Antiphona. In viam pacis. Canticum.

Benedictus Dominus Deus Iſrael. fol. 16.

In fine Gloria Patri, & Filio: & Spiritui.

Poſtea repetatur Antiphona.

In viam pacis & proſperitatis dirigat me, ſi fuerit ſolus, nos, ſi fuerint ſocij, omni-

potens & misericors Dominus, & Angelus Raphael comitetur mecum, vel nobiscum in via, vt cum pace, salute, & gaudio reuertar, vel reuertamur ad propria.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. secretò.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo. ℣. Saluos fac seruos tuos. ℟. Deus meus sperantes in te.
℣. Mitte nobis Domine auxiliũ de sãcto.
℟. Et de Siõ tuere nos. ℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Benedictus Dominus die quotidie. ℟. Prosperum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum. ℣. Vias tuas Domine demonstra nobis. ℟. Et semitas tuas edoce nos. ℣. Vtinam dirigantur viæ nostræ. ℟. Ad custodiendas iustificationes tuas. ℣. Erũt praua in directa. ℟. Et aspera in vias planas. ℣. Angelis suis Deus mãdauit de te. ℟. Vt custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. Domine exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Do-

℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DEus, qui filios Iſrael per maris medium ſicco veſtigio ire feciſti: quique tribus Magis iter ad te, ſtella duce, pādiſti: tribue nobis quæſumus, iter proſperum, tempusq. trāquillum: vt Angelo tuo ſancto comite, ad eum, quò pergimus, locum, ac demum ad æternæ ſalutis portum peruenire fęliciter valeamus.

DEus, qui Abraham puerum tuum de Vr Chaldæorum eductum, per omnes ſuæ peregrinationis vias illæſum cuſtodiſti: quæſumus, vt nos famulos tuos cuſtodire digneris. Eſto nobis Domine in procinctu ſuffragium, in via ſolatium, in æſtu vmbraculum, in pluuia & frigore tegumentum, in laſſitudine vehiculum, in aduerſitate præſidium, in lubrico baculus, in naufragio portus: vt te duce, quò tendimus, proſperè perueniamus, & demum incolumes ad propria redeamus.

ADeſto, quæſumus Domine, ſupplicationibus noſtris, & viam famulorum tuorum in ſalutis tuæ proſperitate di-

diſpone: vt inter omnes viæ & vitæ huius varietates, tuo ſemper protegamur auxilio.

PRæſta, quæſumus omnipotens Deus, vt familia tua per viã ſalutis incedat: & beati Ioannis præcurſoris hortamenta ſectando, ad eum, quem prædixit, ſecura perueniat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus: per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

℣. Procedamus in pace.

℟. In nomine Domini. Amen.




V.F.

PASSIO DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI

Secundùm Matthæum. Cap. 26.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: ✠ Scitis, quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur, vt crucifigatur. C Tūc cōgregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi, in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem: S Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo. C Cùm autem esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti pretiosi; & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli, indignati sunt, dicentes: S Vt quid perditio hæc? Potuit enim vnguentum istud venundari multo, & dari pauperibus. C Sciens autem Iesus, ait illis: ✠ Quid molesti estis huic mulieri?

Opus

Opus enim bonum operata eſt in me.
Nam ſemper pauperes habetis vobiſcum,
me autem non ſemper habebitis. Mit-
tens enim hæc vnguentum hoc in corpus
meum, ad ſepeliendum me fecit. Amen
dico vobis: vbicumque prædicatum fue-
rit hoc euangelium in toto mundo, dice-
tur & quod hæc fecit in memoriam eius.
C Tunc abijt vnus de duodecim, qui
dicitur Iudas Iſcariotes, ad principes Sa-
cerdotum, & ait illis: S Quid vultis mi-
hi dare, & ego eum vobis tradam?
C At illi conſtituerunt ei triginta argen-
teos. Et exinde quęrebat opportunitatem,
vt eum traderet. Prima autem die azymo-
rum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, di-
centes: S Vbi vis paremus tibi comedere
Paſcha? C At Ieſus dixit: ✠ Ite in ciuita-
tem ad quemdam, & dicite ei: Magiſter
dicit: Tempus meum propè eſt: apud te
facio Paſcha cum diſcipulis meis. C Et fe-
cerunt diſcipuli, ſicut conſtituit illis Ieſus,
& parauerunt Paſcha. Veſpere autem fa-
cto diſcumbebat cum duodecim diſcipu-
lis ſuis. Et edentibus illis, dixit: ✠ Amen
dico

dico vobis, quia vnus veſtrum me traditurus eſt. C Et contriſtati valdè, cœperunt ſinguli dicere. S Numquid ego ſum Domine? C At ipſe reſpondens, ait: ✠ Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo. Væ autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur. Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. C Reſpondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: S Numquid ego ſum, Rabbi? C Ait illi: ✠ Tu dixiſti. C Cęnantibus autē eis, accepit Ieſus panem: & benedixit, ac fregit: deditque diſcipulis ſuis: & ait: ✠ Accipite, & comedite: Hoc eſt corpus meum. C Et accipiens calicem, gratias egit: & dedit illis, dicens: ✠ Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Dico autem vobis: non bibam amodò de hoc genimine vitis, vſque in diem illum, cùm illud bibam vobiſcum nouum in regno Patris mei. C Et hymno dicto exierunt in montem Oliueti. Tunc dixit illis

Ieſus:

Iesus: ✠ Omnes vos scandalum patie-
mini in me, in ista nocte. Scriptum est
enim: Percutiam pastorem, & dispergen-
tur oues gregis: postquàm autem resur-
rexero, præcedam vos in Galilæam.
C Respondens autem Petrus, ait illi: S
Et si omnes scandalizati fuerint in te: ego
numquam scandalizabor. C Ait illi Iesus:
✠ Amē dico tibi: quia in hac nocte, ante-
quàm gallus cantet, ter me negabis. C Ait
illi Petrus: S Etiam si oportuerit me mo-
ri tecum, non te negabo. C Similiter &
omnes discipuli dixerunt. Tunc venit Ie-
sus cum illis in villam, quæ dicitur Geth-
semani, & dixit discipulis suis: ✠ Sedete
hic, donec vadam illuc, & orem. C Et
assumpto Petro, & duobus filijs Zebedæi:
cœpit contristari, & mœstus esse. Tunc
ait illis: ✠ Tristis est anima mea vsque ad
mortem. Sustinete hic, & vigilate me-
cum. C Et progressus pusillum, procidit
in faciem suam orans, & dicens: ✠ Pa-
ter mi, si possibile est, transeat à me calix
iste. Verumtamen non sicut ego volo, sed
sicut tu. C Et venit ad discipulos suos, &

inuenit eos dormientes: & dicit Petro. ✠ Sic, nõ potuiſtis vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate: vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. C Et iterum ſecundò abijt, & orauit, dicens: ✠ Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum: fiat voluntas tua. C Et venit iterum, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis iterum abijt: & orauit tertiò, eumdem ſermonem dicens. Tunc venit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis: ✠ Dormite iam, & requieſcite. Ecce appropinquauit hora: & Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce appropinquauit qui me tradet. C Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladijs & fuſtibus, miſſi à principibus ſacerdotum, & ſenioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis ſignum, dicens. S Quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. C Et confeſtim accedens ad Ieſum, dixit: S Aue Rabbi. C Et oſculatus

est eum. Dixitque illi Iesus: ✠ Amice, ad quid venisti? C Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum: & tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his, qui erant cum Iesu, extendens manum, exemit gladium: & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Iesus: ✠ Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas, quia non possum rogare Patrem meum: & exhibebit mihi modò plusquàm duodecim legiones Angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri? C In illa hora dixit Iesus turbis: ✠ Tamquam ad latronem existis cum gladijs, & fustibus comprehendere me? Quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis. C Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo, fugerunt. At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, vbi scribæ & seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur

batur eum à longè, vſque in atrium principis ſacerdotum. Et ingreſſus intro, ſedebat cum miniſtris, vt videret finem. Principes autem ſacerdotum, & omne concilium, quærebant falſum teſtimonium contra Ieſum, vt eum morti traderent: & non inuenerunt, cùm multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſimè autem venerunt duo falſi teſtes, & dixerunt: S Hic dixit: Poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reædificare illud. C Et ſurgens princeps ſacerdotum, ait illi: S Nihil reſpondes ad ea, quæ iſti aduerſum te teſtificantur? C Ieſus autem tacebat. Et princeps ſacerdotum ait illi: S Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus filius Dei. C Dicit illi Ieſus: ✠ Tu dixiſti. Verumtamen dico vobis: amodò videbitis Filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. C Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicens: S Blaſphemauit. Quid adhuc egemus teſtibus? Ecce, nunc audiſtis blaſphemiam. Quid vobis videtur? C At illi reſpondentes, dixerunt:

S Reus est mortis. C Tunc expuerunt in faciem eius: & colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes: S Prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit? C Petrus verò sedebat foris, in atrio. Et accessit ad eum vna ancilla, dicens: S Et tu cum Iesu Galilæo eras. C At ille negauit coram omnibus, dicens: S Nescio quid dicis. C Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla: & ait his, qui erant ibi: S Et hic erat cum Iesu Nazareno. C Et iterum negauit cum iuramento: quia non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant: & dixerunt Petro: S Verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit. C Tunc cœpit detestari, & iurare: quia non nouisset hominem. Et continuò gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat: Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè. Mane autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum vt eum morti traderent. Et vin-

ctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi. Tunc videns Iudas, qui tradidit eum, quòd damnatus eſſet: pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum & ſenioribus, dicens: S Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum. C At illi dixerunt: S Quid ad nos? tu videris. C Et proiectis argenteis in templo, receſſit: & abiens, laqueo ſe ſuſpendit. Principes autem ſacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: S Non licet eos mittere in corbonam: quia pretium ſanguinis eſt. C Conſilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in ſepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus eſt ager ille Haceldama, hoc eſt, ager ſanguinis, vſque in hodiernum diem. Tunc impletum eſt, quod dictum eſt per Ieremiam prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiauerunt à filijs Iſrael: & dederunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Dominus. Ieſus autẽ ſtetit ante Præſidem. Et interrogauit eum Præſes dicens: S Tu es rex Iudæorũ? C Dicit illi Ieſus: ✠ Tu

dicis. C Et cùm accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: S Non audis, quanta aduersum te dicunt testimonia? C Et non respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur Præses vehementer. Per diem autem solemnem consueuerat Præses dimittere populo vnum vinctum, quem voluissent. Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: S Quem vultis dimittam vobis: Barabbam, an Iesum, qui dicitur Christus? C Sciebat enim, quòd per inuidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens: S Nihil tibi, & iusto illi: multa enim passa sum per visum hodie propter eum. C Principes autem sacerdotum, & seniores persuaserunt populis, vt peterent Barabbam: Iesum verò perderent. Respondens autem Præses, ait illis: S Quem vultis vobis de duobus dimitti? C At illi dixerunt: S Barabbam. C Dicit illis Pilatus: S Quid igitur faciam de Iesu, qui

dicitur Chriſtus? C Dicunt omnes: S Crucifigatur. C Ait illis Præſes: S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamabant, dicentes: S Crucifigatur. C Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens: S Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius: vos videritis. C Et reſpondens vniuerſus populus, dixit: S Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. C Tunc dimiſit illis Barabbam: Ieſum autem flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. Tunc milites Præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorium, congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem. Et exeuntes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei. Et plectentes, coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius: & arundinem in dextera eius. Et genuflexo ante eum, illudebant ei, dicentes: S Aue Rex Iudæorum. C Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt eum chlamyde: & induerunt eum veſtimentis

eius, & duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenęum, nomine Simonem. Hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha: quod est, Caluariæ locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cùm gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, sortem mittentes: vt impleretur quod dictum est per Prophetam, dicentem: Diuiserunt sibi vestimenta mea: & super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes, seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Iesus Rex Iudæorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus à dextris, & vnus à sinistris. Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: S Vah qui destruis templum Dei, & in triduo reædificas illud. Salua temetipsum. Si filius Dei es, descende de cruce. C Similiter & principes sacerdotum illudentes cum Scribis & senioribus, dicebant: S Alios saluos fecit: seip-

ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Si rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in Deo: liberet eum nunc, ſi vult: dixit enim, quia filius Dei ſum. C Idipſum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A ſexta autem hora, tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram, vſque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamauit Ieſus voce magna, dicens: ✠ Eli, Eli lammaſabacthani? C Hoc eſt: ✠ Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? C Quidam autem illic ſtantes, & audientes, dicebant: S Eliam vocat iſte. C Et continuò currens vnus ex eis, acceptam ſpongiã impleuit aceto, & impoſuit arundini: & dabat ei bibere. Ceteri verò dicebant. S Sine videamus, an veniat Elias liberans eum. C Ieſus autem iterum clamans voce magna, emiſit ſpiritum. ✠ ✠ ✠ Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſque deorſum. Et terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt: & multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt. Et exeuntes

de

de monumentis poſt reſurrectionem eius venerunt in ſanctam ciuitatem: & apparuerunt multis. Centurio autem, & qui cum eo erant cuſtodientes Ieſum, viſo terremotu, & his, quę fiebant timuerunt valdè, dicentes: S Verè filius Dei erat iſte. C Erant autem ibi mulieres multæ à longè, quæ ſecutę erãt Ieſum à Galilęa miniſtrantes ei: inter quas erant Maria Magdalene, Maria Iacobi, & Ioſeph mater, & mater filiorũ Zebedæi. Cùm ſero autem factum eſſet, venit quidam homo diues ab Arimathia, nomine Ioſeph: qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu. Hic acceſſit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu. Tunc Pilatus iuſſit reddi corpus. Et accepto corpore, Ioſeph inuoluit illud in ſindone munda: & poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit ſaxum magnum ad oſtium monumenti, & abijt. Erant autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, ſedentes contra ſepulchrum.

ALtera autẽ die, quæ eſt poſt paraſceuen, conuenerũt principes ſacerdotũ & Phariſæi ad Pilatum, dicentes: Dñe,

recor-

recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuens: Poſt tres dies reſurgã. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrũ vſque in diẽ tertiũ: ne fortè veniãt diſcipuli eiꝰ, & furẽt eum: & dicãt plebi, Surrexit à mortuis. Et erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiã: ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autẽ abeuntes, munierunt ſepulchrũ: ſignantes lapidẽ, cum cuſtodibus.

PASSIO DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI

Secundùm Marcum. Cap. 14.

IN illo tempore: Erat Paſcha, & azyma poſt biduum: & quærebant ſummi ſacerdotes, & ſcribæ quomodo Ieſum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem: S Non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo. C Et cùm eſſet Ieſus Bethaniæ in domo Simonis leproſi, & recumberet: venit mulier habens alabaſtrum vnguenti nardi ſpicati pretioſi:

&

& fracto alabastro, effudit super caput eius. Erant autem quidam indignè ferētes intra semetipsos, & dicētes: S Vt quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentum istud venundari plusquàm trecentis denarijs, & dari pauperibus. C Et fremebant in eam. Iesus autem dixit: ✠ Sinite eam. Quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habetis vobiscum, & cùm volueritis, potestis illis benefacere: me autem non semper habebitis. Quod habuit hæc, fecit: præuenit vngere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis: vbicumque prædicatum fuerit euangelium istud in vniuerso mundo & quod hæc fecit, narrabitur in memoriam eius. C Et Iudas Iscariotes vnus de duodecim abijt ad summos sacerdotes, vt proderet eum illis. Qui audientes, gauisi sunt: & promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat, quomodo illum opportunè traderet. Et primo die azymorum, quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli: S Quò vis eamus, & paremus tibi, vt manduces

duces Paſcha? C Et mittit duos ex diſci-
pulis ſuis: & dicit eis: ✠ Ite in ciuitatem,
& occurret vobis homo lagenam aquæ
baiulans, ſequimini eum: & quòcumque
introierit, dicite domino domus, quia Ma
giſter dicit: Vbi eſt refectio mea, vbi pa-
ſcha cum diſcipulis meis manducem? Et
ipſe vobis demonſtrabit cęnaculum gran-
de, ſtratum: & ibi parate nobis. C Et
abierunt diſcipuli eius, & venerunt in ci-
uitatem: & inuenerunt ſicut dixerat illis,
& parauerunt paſcha. Veſpere autem fa-
cto, venit cum duodecim. Et diſcumben-
tibus eis, & manducantibus, ait Ieſus: ✠
Amen dico vobis: quia vnus ex vobis tra-
det me, qui manducat mecum. C At illi
cœperunt contriſtari, & dicere ei ſingilla-
tim. S Numquid ego? C Qui ait illis: ✠
Vnus ex duodecim, qui intingit mecũ ma-
num in catino. Et Filius quidem hominis
vadit ſicut ſcriptum eſt de eo. Væ autem
homini illi, per quẽ Filius hominis trade-
tur. Bonum erat ei, ſi non eſſet natus homo
ille. C Et mãducantibus illis, accepit Ieſus
panem: & benedicens fregit, & dedit eis,

& ait: ✠ Sumite: hoc est corpus meum: C Et accepto calice, gratias agens dedit eis: & biberunt ex illo omnes. Et ait illis: ✠ Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis: quòd iam non bibam de hoc genimine vitis vsque in diem illum, cùm illud bibam nouum in regno Dei. C Et hymno dicto, exierunt in montem Oliuarum. Et ait illis Iesus: ✠ Omnes vos scandalizabimini in me in nocte ista: quia scriptum est: Percutiam pastorem, & dispergentur oues: sed postquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam. C Petrus autem ait illi: S Et si omnes scandalizati fuerint in te, sed non ego. C Et ait illi Iesus: ✠ Amen dico tibi: quia tu hodie in nocte hac, priusquàm gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. C At ille amplius loquebatur: S Et si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. C Similiter autem & omnes dicebant. Et veniunt in prædium, cui nomen Gethsemani: & ait discipulis suis: ✠ Sedete hic, donec orem. C Et assumit Petrum, &

Iaco-

Iacobum, & Ioannem secum: & cœpit pauere, & tædere. Et ait illis: ✠ Tristis est anima mea vsque ad mortem. Sustinete hic, & vigilate. C Et cùm processisset paululum, procidit super terram: & orabat, vt si fieri posset, transiret ab eo hora: & dixit: ✠ Abba Pater omnia tibi possibilia sunt, trãsfer calicem hunc à me. Sed non quod ego volo: sed quod tu. C Et venit, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro: ✠ Simon dormis? Non potuisti vna hora vigilare? Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. C Et iterum abiens orauit, eumdem sermonem dicens. Et reuersus, denuò inuenit eos dormientes. (Erant enim oculi eorũ grauati,) & ignorabant quid responderent ei. Et venit tertiò: & ait illis: ✠ Dormite iam, & requiescite. Sufficit. Venit hora: ecce Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce, qui me tradet, propè est. C Et adhuc eo loquente venit Iudas Iscariotes vnus de duodecim, & cum illo turba multa cum gladijs &

lignis,

lignis, miſſi à ſummis ſacerdotibus, & ſcribis, & ſenioribus. Dederat autem traditor eis ſignum, dicens: S Quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt: tenete eum, & ducite cautè. C Et cùm veniſſet, ſtatim accedẽs ad eum, ait: S Aue Rabbi. C Et oſculatus eſt eum. At illi manus iniecerunt in Ieſũ, & tenuerunt eum. Vnus autem de circumſtantibus, educens gladium percuſſit ſeruum ſummi ſacerdotis: & amputauit illi auriculam. Et reſpondens Ieſus, ait illis: ✠ Tamquam ad latronem exiſtis cum gladijs, & lignis comprehendere me? Quotidie apud vos eram in templo docens, & non me tenuiſtis. Sed vt impleantur ſcripturæ. C Tunc diſcipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. Adoleſcens autem quidam ſequebatur eum amictus ſindone ſuper nudo: & tenuerunt eum. At ille reiecta ſindone, nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Ieſum ad ſummum ſacerdotem: & conuenerunt omnes ſacerdotes, & Scribæ, & ſeniores. Petrus autem à longè ſecutus eſt eum vſque intro in atrium ſummi Sacerdotis: & ſede-

bat

bat cum miniſtris, & calefaciebat ſe ad ignem. Summi verò ſacerdotes, & omne concilium, quærebant aduerſus Ieſum teſtimonium, vt eum morti traderent, nec inueniebant. Multi enim teſtimonium falſum dicebant aduerſus eum: & conuenientia teſtimonia non erant. Et quidam ſurgentes, falſum teſtimonium ferebant aduerſus eum, dicentes: S Quoniam nos audiuimus eum dicentem: Ego diſſoluam templum hoc manufactum: & poſt triduum, aliud non manufactum ædificabo. C Et non erat conueniens teſtimonium illorum. Et ſurgens ſummus ſacerdos in medium, interrogauit Ieſum, dicẽs: S Non reſpondes quidquam ad ea, quæ tibi obijciuntur ab his? C Ille autem tacebat, & nihil reſpondit. Rurſum ſummus ſacerdos interrogabat eum: & dixit ei: S Tu es Chriſtus filius Dei benedicti? C Ieſus autem dixit illi. ✠ Ego ſum. Et videbitis Filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cæli. C Summus autem ſacerdos ſcindens veſtimenta ſua, ait: S Quid adhuc deſi-

deramus testes? Audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? C Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et cęperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cædere, & dicere ei: S Prophetiza. C Et ministri alapis eum cædebant. Et cùm esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi sacerdotis: & cùm vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait: S Et tu cum Iesu Nazareno eras. C At ille negauit, dicens: S Neque scio, neque noui quid dicas. C Et exijt foras ante atrium: & gallus cantauit. Rursus autem, cùm vidisset illum ancilla, cępit dicere circumstantibus: Quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillum, rursus qui astabant, dicebant Petro: S Verè ex illis es: nam & Galilæus es. C Ille autem cœpit anathematizare & iurare: quia nescio hominem istum, quem dicitis. Et statim gallus iterum cantauit. Et recordatus est Petrus verbi, quod dixerat ei Iesus: Priusquàm gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere. Et confe-

stim

ſtim mane conſilium facientes ſummi ſacerdotes cum ſenioribus, & ſcribis, & vniuerſo concilio, vincientes Ieſum, duxerunt, & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus: S Tu es rex Iudęorum? C At ille reſpondens, ait illi: ✠ Tu dicis. C Et accuſabant eum ſummi ſacerdotes in multis. Pilatus autem rurſum interrogauit eum, dicens: S Non reſpondes quidquam? Vide, in quantis te accuſant. C Ieſus autem amplius nihil reſpondit: ita vt miraretur Pilatus. Per diem autem feſtum ſolebat illis dimittere vnum ex vinctis, quemcumque petiiſſent. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum ſeditioſis erat vinctus, qui in ſeditione fecerat homicidium. Et cùm aſcendiſſet turba, cœpit rogare, ſicut ſemper faciebat illis. Pilatus autem reſpondit eis, & dixit: S Vultis dimittam vobis regem Iudæorum? C Sciebat enim, quòd per inuidiam tradidiſſent eum ſummi ſacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam, vt magis Barabbam dimitteret eis. Pilatus autem iterum reſpondens, ait il-

lis? S Quid ergo vultis faciam Regi Iudæorum? C At illi iterum clamauerunt: S Crucifige eum. C Pilatus verò dicebat eis: S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamabant: S Crucifige eum. C Pilatus autem volens populo ſatisfacere, dimiſit illis Barabbam: & tradidit Ieſum flagellis cæſum, vt crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum intrò in atrium Prætorij, & conuocant totam cohortem: & induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes ſpineam coronam. Et cœperunt ſalutare eum: Aue rex Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine: & conſpuebant eum, & ponentes genua, adorabant eum. Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum veſtimentis ſuis: & educunt illum, vt crucifigerent eum. Et angariauerunt prętereuntem quempiam Simonem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi vt tolleret crucem eius. Et perducunt illum in Golgotha locum: quod eſt interpretatum, Caluariæ locus. Et dabant ei bibere myrrhatum

vinum:

vinum: & non accepit. Et crucifigentes eum, diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia: & crucifixerunt eum. Et erat titulus causæ eius inscriptus: Rex Iudæorum. Et cum eo crucifixerunt duos latrones: vnum à dextris, & alium à sinistris. Et impleta est scriptura, quæ dicit: Et cum iniquis reputatus est. Et prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: S Vah qui destruis templum Dei, & in tribus diebus reædificas: saluum fac temetipsum, descendens de cruce. C Similiter & summi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum Scribis dicebant: S Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere, Christus rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus, & credamns. C Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei. Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt super totam terram, vsque in horam nonam. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens: ✠ Heloi, Heloi, lammasabacthani? C Quod est interpretatum. ✠ Deus meus,

Deus meus, vt quid dereliquisti me? C Et quidam de circumstantibus audientes dicebant: S Ecce, Eliam vocat. C Currens autem vnus, & implens spongiam aceto, circumponensq. calamo, potum dabat ei, dicens: S Sinite: videamus si veniat Elias ad deponendum eum. C Iesus autem, emissa voce magna, expirauit. ✠ ✠ ✠ Et velum templi scissum est in duo, à summo vsque deorsum. Videns autem Centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: S Verè hic homo filius Dei erat. C Erant autem & mulieres de longè aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome, & cùm esset in Galilæa, sequebantur eum, & ministrabant ei: & aliæ multæ, qui simul cum eo ascenderant Ierosolymam.

ET cùm iam sero esset factum (quia erat parasceue, quod est ante sabbatum) venit Ioseph ab Arimathia nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum Dei. Et audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Pilatus autem

tem mirabatur, ſi iam obijſſet. Et accerſito Centurione, interrogauit eum, ſi iam mortuus eſſet. Et cùm cognouiſſet à Centurione: donauit corpus Ioſeph. Ioſeph autem mercatus ſindonem, & deponens eum inuoluit ſindone: & poſuit eum in monumento, quod erat exciſum de petra: & aduoluit lapidem ad oſtium monumenti.

PASSIO DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI

Secundùm Lucam. Cap. 22.

IN illo tempore: Appropinquabat dies feſtus azymorũ, qui dicitur Paſcha: & quęrebant principes ſacerdotũ, & ſcribæ quomodo Ieſum interficerẽt: timebant verò plebem. Intrauit autem ſatanas in Iudam, qui cognominabatᷓ Iſcariotes, vnum de duodecim: & abijt, & locutus eſt cum principibus ſacerdotum & magiſtratibus,

quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt: & pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et quærebat opportunitatem, vt traderet illum sine turbis. Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrum & Ioannem, dicens: ✠ Euntes parate nobis pascha, vt manducemus. C At illi dixerunt: S Vbi vis paremus? C Et dixit ad eos: ✠ Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo, amphoram aquæ portans: sequimini eum in domum, in quam intrat, & dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi magister: Vbi est diuersorium, vbi Pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum: & ibi parate. C Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis Iesus: & parauerunt pascha. Et cùm facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo. Et ait illis: ✠ Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum, antequàm patiar. Dico enim vobis: quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. CEt accepto

cepto calice, gratias egit, & dixit: ✠ Accipite, & diuidite inter vos. Dico enim vobis: quòd non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. ¶ Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicẽs: ✠ Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. ¶ Similiter & calicem, poſtquam cęnauit, dicẽs: ✠ Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis effundetur. Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum eſt in menſa. Et quidem filius hominis, ſecundùm quod definitum eſt, vadit: verumtamen væ homini illi, per quem tradetur. ¶ Et ipſi cęperunt quærere inter ſe, quis eſſet ex eis, qui hoc facturus eſſet. Facta eſt autem & contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior. Dixit autem eis: ✠ Reges gentium dominantur eorum: & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. Vos autem non ſic: ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt, qui re-

cumbit, an qui miniſtrat? Nonnè qui recumbit? Ego autem in medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat: Vos autem eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi Pater meùs regnum: vt edatis, & bibatis ſuper menſám meam in regno meo: & ſedeatis ſuper thronos, iudicantes duodecim tribus Iſrael. C Ait autem Dominus Simoni: ✠ Simon, ecce ſatanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. C Qui dixit ei: S Domine, tecum paratus ſum & in carcerem & in mortem ire. C At ille dixit: ✠ Dico tibi Petre, Non cantabit hodie gallus, donec ter abneges noſſe me. C Et dixit eis: ✠ Quando miſi vos ſine ſacculo & pera & calceamentis: numquid aliquid defuit vobis? C At illi dixerunt: S Nihil. C Dixit ergo eis: ✠ Sed nunc, qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram. Et qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium. Dico enim vobis, quo-
niam

niam adhuc hoc quod ſcriptum eſt, oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus eſt. Etenim ea, quæ ſunt de me, finem habent. C At illi dixerunt: S Domine, ecce gladij duo hic. C At ille dixit eis: ✠ Satis eſt. C Et egreſſus ibat ſecundùm conſuetudinem in montem Oliuarum. Secuti ſunt autem illum & diſcipuli. Et cùm perueniſſet ad locum dixit illis: ✠ Orate, ne intretis in tentationem. C Et ipſe auulſus eſt ab eis, quantum iactus eſt lapidis: & poſitis genibus orabat, dicens: ✠ Pater, ſi vis, transfer calicem iſtum à me: verumtamen non mea voluntas, ſed tua fiat. C Apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Et cùm ſurrexiſſet ab oratione, & veniſſet ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dormientes præ triſtitia, & ait illis: ✠ Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in tentationem. C Adhuc eo loquente, ecce turba: & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim antecedebat

eos: & appropinquauit Iesu, vt oscularetur eum. Iesus autem dixit illi. ✠ Iuda, osculo filium hominis tradis? C Videntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: S Domine, si percutimus in gladio? C Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum: & amputauit auriculam eius dexteram: Respondēs autem Iesus, ait: ✠ Sinite vsque huc. C Et cùm tetigisset auriculam eius, sanauit eum. Dixit autem Iesus ad eos, qui venerant ad se, principes sacerdotum & magistratus templi, & seniores: ✠ Quasi ad latronem existis cum gladijs & fustibus? Cùm quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me. Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. C Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum. Petrus verò sequebatur à longè. Accenso autem igne in medio atrij, & circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quem cùm vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit: S Et hic cum illo erat.

C At ille negauit eum, dicens: S Mulier non noui illum. C Et post pusillum alius videns eum, dixit: S Et tu de illis es. C Petrus verò ait: S O homo, non sum. C Et interuallo facto quasi horæ vnius, alius quidam affirmabat, dicens: S Verè & hic cum illo erat: nam & Galilæus est. C Et ait Petrus: S Homo, nescio quid dicis. C Et continuò, adhuc illo loquente, cantauit gallus. Et conuersus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat: quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus, fleuit amarè. Et qui tenebant Iesum, illudebant ei, cædentes. Et velauerunt eum: & percutiebant faciem eius, & interrogabant eum, dicentes: S Prophetiza, quis est qui te percussit? C Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et vt factus est dies, conuenerunt seniores plebis, & principes sacerdotum & Scribæ, & duxerunt illum in concilium suum, dicentes: S Si tu es Christus, dic nobis. C Et ait illis: ✠ Si vobis dixero, non credetis mihi: si autem & interrogauero,

non reſpondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis ſedens à dextris virtutis Dei. C Dixerunt autem omnes: S Tu ergo es filius Dei? C Qui ait. ✠ Vos dicitis, quia ego ſum. C At illi dixerunt: S Quid adhuc deſideramus teſtimonium? Ipſi enim audiuimus de ore eius. C Et ſurgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum. Cœperunt autem accuſare illum, dicentes: S Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram: & prohibentem tributa dari Cæſari: & dicentem ſe Chriſtum regem eſſe. C Pilatus autem interrogauit eum, dicens: S Tu es rex Iudæorum? C At ille reſpondens, ait: ✠ Tu dicis. C Ait autem Pilatus ad principes ſacerdotum & turbas: S Nihil inuenio cauſæ in hoc homine. C At illi inualeſcebant, dicentes: S Commouit populum, docens per vniuerſam Iudæam, incipiens à Galilæa vſque huc. C Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit ſi homo Galilæus eſſet. Et vt cognouit, quòd de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eum ad

Hero-

Herodem, qui & ipſe Ieroſolymis erat illis diebus. Herodes autem viſo Ieſu, gauiſus eſt valdè. Erat enim cupiens ex multo tempore videre illum, eo quòd audierat multa de illo: & ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem illum multis ſermonibus. At ipſe nihil illi reſpondebat. Stabant autem principes ſacerdotum & ſcribæ conſtanter accuſantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo: & illuſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum. Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus in ipſa die: nam antea inimici erant adinuicem. Pilatus autem conuocatis principibus ſacerdotum, & magiſtratibus, & plebe, dixit ad illos: S Obtuliſtis mihi hunc hominem, quaſi auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans, nullam cauſam inuenio in homine iſto ex his, in quibus eum accuſatis. Sed neque Herodes. Nam remiſi vos ad illum: & ecce, nihil dignum morte actum eſt ei. Emendatum ergo illum dimittam. C Neceſſe autem habebat dimittere eis per diem feſtum, vnum. Ex-

clama-

clamauit autem simul vniuersa turba, dicens: S Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. C Qui erat propter seditionem quamdam factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Iesum. At illi succlamabant, dicentes: S Crucifige, crucifige eum. C Ille autem tertiò dixit ad illos. S Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiã ergo illum, & dimittam. C At illi instabant vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur: & inualescebant voces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant: Iesum verò tradidit voluntati eorum. Et cùm ducerent eum, apprehenderunt Simonem quẽdam Cyrenensem venientem de villa: & imposuerunt illi crucem portare post Iesum. Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum: quæ plangebant & lamentabantur eum. Conuersus autem Iesus ad illas, dixit: ✠ Filiæ Ierusalem, nolite

lite flere ſuper me: ſed ſuper vos ipſas fle-
te, & ſuper filios veſtros. Quoniam ecce
venient dies, in quibus dicent: Beatæ ſte-
riles, & ventres, qui non genuerunt: &
vbera, quæ non lactauerunt. Tunc inci-
pient dicere montibus, cadite ſuper nos:
& collibus operite nos. Quia ſi in viri-
di ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?
C Ducebantur autem & alij duo nequam
cum eo, vt interficerentur. Et poſtquam
venerunt in locum, qui vocatur Caluarię,
ibi crucifixerunt eum: & latrones, vnum
à dextris, & alterum à ſiniſtris. Ieſus autem
dicebat. ✠ Pater, dimitte illis: non enim
ſciunt quid faciunt. C Diuidentes verò
veſtimenta eius, miſerunt ſortes. Et ſtabat
populus ſpectans: & deridebant eum prin
cipes cum eis dicentes. S Alios ſaluos fe-
cit: ſe ſaluum faciat, ſi hic eſt Chriſtus, Dei
electus. C Illudebant autem ei & milites,
accedentes, & acetum offerentes illi, & di-
centes. S Si tu es rex Iudęorum, ſaluum te
fac. C Erat autem & ſuperſcriptio ſcri-
pta ſuper eum litteris Græcis, & Latinis,
& Hebraicis. Hic eſt rex Iudæorum. Vnus

autem de his, qui pendebant latronibus, blaſphemabat eum, dicēs: S Si tu es Chriſtus, ſaluum fac temetipſum, & nos. C Reſpondens autem alter increpabat eum, dicens: S Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es? Et nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali geſſit. C Et dicebat ad Ieſum: S Domine, memento mei, cùm veneris in regnum tuum. C Et dixit illi Ieſus: ✠ Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo. C Erat autem ferè hora ſexta: & tenebræ factæ ſunt in vniuerſam terram vſque in horam nonam. Et obſcuratus eſt Sol, & velum templi ſciſſum eſt medium. Et clamans Ieſus voce magna, ait: ✠ Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum. C Et hæc dicens, expirauit. ✠✠✠ Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens. S Verè hic homo iuſtus erat. C Et omnis turba eorum, qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, & videbant quæ fiebant percutientes pectora ſua, reuertebãtur. Stabant autem omnes noti eius à longè:

gè : & mulieres quæ ſecutæ eum erant à Galilæa, hæc videntes.

ET ecce vir nomine Ioſeph, qui erat decurio, vir bonus & iuſtus: hic non conſenſerat conſilio & actibus eorum ab Arimathia ciuitate Iudææ: qui expectabat & ipſe regnum Dei. Hic acceſſit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu. Et depoſitum inuoluit ſindone: & poſuit eum in monumento exciſo, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat.

PASSIO
DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI
Secundùm Ioannem. Cap. 18.

IN illo tempore ✠: Egreſſus eſt Ieſus cum diſcipulis ſuis trans torrentem ✠ Cedron, vbi erat hortus: in quem introiuit ipſe, & diſcipuli eius. Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. Iudas ergo cùm

accepisset cohortem, & à Pontificibus & Pharisæis ministros: venit illuc cum laternis, & facibus, & armis. Iesus itaque sciens omnia quæ ventura erant super eum: processit, & dixit eis. ✠ Quem quæritis? C Responderunt ei. S Iesum Nazarenum. C Dixit eis Iesus: ✠ Ego sum. C Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum cum ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterũ ergo eos interrogauit. ✠ Quem quæritis? C Illi autem dixerunt. S Iesum Nazarenum. C Respõdit Iesus. ✠ Dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me quęritis, sinite hos abire. C Vt impleretur sermo, quẽ dixit: quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum: & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen seruo Malchus. Dixit ergo Iesus Petro. ✠ Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum? C Cohors ergo & tribunus & ministri Iudæorum cõprehenderunt Iesum,

&

& ligauerunt eum: & adduxerunt eum ad Annam primũ. Erat enim ſocer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui cõſilium dederat Iudęis: quia expedit vnũ hominem mori pro populo. Sequebatur autem Ieſum Simõ Petrus, & alius diſcipulus. Diſcipulus autem ille erat notus Pontifici: & introiuit cum Ieſu in atrium Pontificis. Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus ille, qui erat notus Pontifici: & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum. Dicit ergo Petro ancilla oſtiaria. S Numquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? C Dicit ille. S Non ſum. C Stabant autem ſerui & miniſtri ad prunas, quia frigus erat: & calefaciebãt ſe. Erat autem cum eis & Petrus ſtans, & calefaciens ſe. Põtifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina eius. Reſpondit ei Ieſus. ✠ Ego palàm locutus ſum mundo. Ego ſemper docui in ſynagoga, & in tẽplo, quò omnes Iudęi cõueniunt: & in occulto locutus ſum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt quid locutus ſum ipſis. Ecce hi

sciunt, quæ dixerim ego. C Hæc autem cùm dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu dicens: S Sic respondes Pontifici? C Respondit ei Iesus: ✠ Si malè locutus sum, testimoniũ perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? C Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se. Dixerunt ergo ei: S Numquid & tu ex discipulis eius es? C Negauit ille, & dixit: S Non sum. C Dicit ei vnus ex seruis Pontificis, cognatus eius, cuius abscidit Petrus auriculam. S Nonnè ego te vidi in horto cum illo? C Iterum ergo negauit Petrus: & statim gallus cantauit. Adducũt ergo Iesum à Caipha in prętorium. Erat autẽ mane. Et ipsi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur: sed vt manducarent pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit. S Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? C Responderunt, & dixerunt ei: S Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. C Dixit ergo eis Pilatus: S Accipite eũ vos, & secundùm legem ve-

ſtram iudicate eum. C Dixerunt ergo ei
Iudæi: S Nobis nõ licet interficere quem-
quam. C Vt ſermo Ieſu impleretur, quem
dixit: ſignificans qua morte eſſet moritu-
rus. Introiuit ergo iterũ Pilatus in præto-
rium, & vocauit Ieſum, & dixit ei: S Tu es
rex Iudęorum? C Reſpondit Ieſus: ✠ A
temetipſo hoc dicis: an alij tibi dixerũt de
me? C Reſpõdit Pilatus: S Numquid ego
Iudæus ſum? Gens tua, & pontifices tra-
diderunt te mihi. Quid feciſti? C Reſpon-
dit Ieſus: ✠ Regnũ meum non eſt de hoc
mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum
meum, miniſtri mei vtique decertarent,
vt non traderer Iudæis. Nunc autem re-
gnum meum non eſt hinc. C Dixit ita-
que ei Pilatus: S Ergo rex es tu? C Re-
ſpondit Ieſus: ✠ Tu dicis, quia rex ſum
ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc ve-
ni in mundum, vt teſtimonium perhibeã
veritati. Omnis qui eſt ex veritate, audit
vocem meam. C Dicit ei Pilatus: S Quid
eſt veritas? C Et cùm hoc dixiſſet, iterum
exiuit ad Iudæos, & dicit eis: S Ego nullã
inuenio in eo cauſam. Eſt autem cõſuetu-

do vobis, vt vnum dimittã vobis in pascha. Vultis ergo dimittam vobis regẽ Iudæorum? C Clamauerunt rursum omnes, dicẽtes. S Non hunc, sed Barabbã. C Erat autẽ Barabbas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerũt capiti eius: & veste purpurea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum, & dicebant. S Aue rex Iudæorũ. C Et dabant ei alapas. Exiuit iterum Pilatus foras, & dicit eis. S Ecce adduco eum vobis foras: vt cognoscatis, quia in eo nullam causam inuenio. C Exiuit ergo Iesus portans spineam coronam, & purpureum vestimentum. Et dicit eis. S Ecce homo. C Cùm ergo vidissent eum pontifices & ministri, clamabãt, dicentes. S Crucifige, crucifige eũ. C Dicit eis Pilatus. S Accipite eum vos, & crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. C Respõderunt ei Iudęi. S Nos legem habemus, & secundùm legem debet mori: quia filiũ Dei se fecit. C Cùm ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est prætorium iterũ, &

dicit ad Ieſum. S Vnde es tu? C Ieſus aũt reſpõſum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. S Mihi nõ loqueris? Neſcis, quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te? C Reſpondit Ieſus. ✠ Non haberes poteſtatẽ aduerſum me vllam, niſi tibi datũ eſſet deſuper. Propterea qui me tradidit tibi, maiuѕ peccatũ habet. C Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes. S Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Omnis enim qui ſe regem facit, contradicit Cæſari. C Pilatus autem cùm audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum: & ſedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithoſtrotos, Hebraicè autem Gabbatha. Erat autem paraſceue paſchæ, hora quaſi ſexta. Et dicit Iudæis. S Ecce rex veſter. C Illi autem clamabant. S Tolle, tolle, crucifige eum. C Dicit eis Pilatus. S Regem veſtrum crucifigam? C Reſponderũt põtifices. S Non habemus Regem, niſi Cæſarem. C Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Suſceperunt autem Ieſum: & eduxerunt. Et baiulans

ſibi

ſibi crucem , exiuit in eum , qui dicitur Caluariæ locum, Hebraicè autem Golgotha : vbi crucifixerunt eum , & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Ieſum. Scripſit autem & titulum Pilatus, & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum : Ieſus Nazarenus, rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia propè ciuitatem erat locus, vbi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum: S Noli ſcribere, Rex Iudæorum: ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudæorum. C Reſpondit Pilatus. S Quod ſcripſi, ſcripſi. C Milites ergo cùm crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta eius (& fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem) & tunicam. Erat autē tunica inconſutilis, deſuper cōtexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem. S Nō ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cui⁹ ſit. C Vt ſcriptura impleretur, dicens: Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi, & in veſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant au-

tem iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror
matris eius; Maria Cleophæ, & Maria
Magdalene. Cùm vidiſſet ergo Ieſus ma-
trem & diſcipulum ſtantem, quem dilige-
bat, dicit matri ſuæ. ✠ Mulier, ecce filius
tuus. C Deinde dicit diſcipulo: ✠ Ecce
mater tua. C Et ex illa hora accepit eam
diſcipulus in ſua. Poſteà ſciens Ieſus, quia
iam omnia conſummata ſunt, vt conſum-
maretũ ſcriptura, dicit: ✠ Sitio. C Vas er-
go poſitum erat aceto plenum. Illi autem
ſpongiam plenam aceto hyſſopo circum-
ponentes obtulerunt ori eius. Cùm ergo
accepiſſet Ieſus acetum, dixit: ✠ Con-
ſummatum eſt. C Et inclinato capite tra-
didit ſpiritum. ✠ ✠ ✠ Iudæi ergo, quo-
niam paraſceue erat, vt non remanerent
in cruce corpora ſabbato (erat enim ma-
gnus dies ille ſabbati) rogauerũt Pilatum,
vt frangerentur eorum crura, & tolleren-
tur. Venerunt ergo milites: & primi qui-
dem fregerunt crura, & alterius, qui cru-
cifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cùm
veniſſent, vt viderũt eum iam mortuum,
non fregerunt eius crura: ſed vnus mili-

tum

tum lancea latus eius aperuit: & continuò exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius. Et ille scit, quia vera dicit, vt & vos credatis. Facta sunt enim hæc, vt scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt.

POst hæc autẽ rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia (eo quòd esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Iesu. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum noctè primùm, ferẽs mixturã myrræ & aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerũt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco, vbi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus erat: Ibi ergo propter parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

Finis Officij B. Mariæ Virginis.

SALMI,

Che ſi dicono alli Veſperi nelle Feſtiuità ſolenni di tutto l'Anno, & alla Compieta.

Queſti Salmi ſi dicono le Domeniche di tutto l'Anno al Veſpero.

Pſalmus 109.

DIxit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos: ſcabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Siõ: dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ: in ſplendoribus ſanctorum, ex vtero ante luciferum genui te.

Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.

Dominus à dextris tuis: confregit in die iræ ſuæ reges.

Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquaſſabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput. Gloria Patri, &c.

Pſalmus 110.

COnfitebor tibi Dñe in toto corde meo: in conſilio iuſtorum, & congregatione.

Magna opera Domini: exquisita in omnes voluntates eius.
Confessio & magnificentia opus eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.
Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors, & miserator Dominus: escam dedit timentibus se.
Memor erit in sæculum testamenti sui: virtutem operum suorum annuntiabit populo suo.
Vt det illis hereditatem gentium: opera manuum eius veritas & iudicium.
Fidelia omnia mandata eius, confirmata in sæculum sæculi: facta in veritate & æquitate.
Redemptionem misit populo suo: mandauit in æternum testamentum suum.
Sanctum & terribile nomen eius: initium sapientiæ timor Domini.
Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in sæculum sæculi.
Gloria Patri, & Filio: &c.

Psalmus 111.

Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis.
Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur.
Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.
Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors, & miserator, & iustus.

Iucundus homo qui miseretur, & commodat, disponet sermones suos in iudicio: quia in æternum non commouebitur.
In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.
Paratum cor eius sperare in Domino, confirmatum est cor eius: non commouebitur donec despiciat inimicos suos.
Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi: cornu eius exaltabitur in gloria.
Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet: desiderium peccatorum peribit.
Gloria Patri, & Filio: &c. Psalmus 112.
LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.
Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
A solis ortu vsque ad occasum: laudabile nomen Domini.
Excelsus super omnes gentes Dominus: & super cælos gloria eius.
Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat: & humilia respicit in cælo & in terra?
Suscitans à terra inopem: & de stercore erigens pauperem.
Vt collocet eum cum principibus: cum principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filio-

filiorum lætantem. Gloria Patri, &c. Psal. 113.

IN exitu Israel de Ægypto: domus Iacob de populo barbaro.

Facta est Iudæa sanctificatio eius: Israel potestas eius.

Mare vidit, & fugit: Iordanis conuersus est retrorsum.

Montes exultauerunt vt arietes: & colles sicut agni ouium.

Quid est tibi mare, quòd fugisti: & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum?

Montes exultastis sicut arietes: & colles sicut agni ouium.

A facie Domini mota est terra: à facie Dei Iacob.

Qui conuertit petram in stagna aquarum: & rupem in fontes aquarum.

Non nobis Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam.

Super misericordia tua, & veritate tua: ne quando dicant gentes, Vbi est Deus eorum?

Deus autem noster in cælo: omnia quæcumque voluit fecit.

Simulacra gentium, argentum & aurum: opera manuum hominum.

Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.

Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt.

Manus habent, & non palpabunt: pedes habent,

bent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.

Similes illis fiant, qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.

Domus Israel sperauit in Domino: adiutor eorum, & protector eorum est.

Domus Aaron sperauit in Domino: adiutor eorum, & protector eorum est.

Qui timent Dominum, sperauerunt in Domino: adiutor eorum, & protector eorum est.

Dominus memor fuit nostri: & benedixit nobis.

Benedixit domui Israel: benedixit domui Aaron.

Benedixit omnibus, qui timent Dominum: pusillis cum maioribus.

Adijciat Dominus super vos: super vos, & super filios vestros.

Benedicti vos à Dño: qui fecit cælũ & terram.

Cælum cæli Domino: terram autem dedit filijs hominum.

Non mortui laudabunt te Domine: neque omnes, qui descendunt in infernum.

Sed nos qui viuimus, benedicimus Domino: ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Gloria Patri, & Filio: &c.

Canticum beatæ Mariæ virginis. Luc. 1.

MAgnificat: anima mea Dominum.

Et exultauit spiritus meus: in Deo salutari meo.

Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna, qui potens eſt: & ſanctum nomen eius.
Et miſericordia eius à progenie in progenies: timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.
Depoſuit potentes de ſede: & exaltauit humiles.
Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes.
Suſcepit Iſrael puerum ſuum: recordatus miſericordiæ ſuæ.
Sicut locutus eſt ad patres noſtros: Abraham, & ſemini eius in ſæcula.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto.
Sicut erat in principio, &c.

Queſti Salmi ſi dicono al Veſpero la Vigilia di Natale del noſtro Signor Gieſu Chriſto.

Dixit Dominus. 279. Confitebor. à car. 279
Beatus vir. à car. 279
Laudate pueri. à c. 280. Pſalmus 116.

LAudate Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.
Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.
Gloria Patri, & Filio: &c.
Magnificat. à car. 281

Queſti Salmi ſi dicono il dì di Natale, e per tutta l'ottaua di noſtro Sign. al Veſpero.

Dixit Dominus.279. Confitebor. à car.279
Beatus vir.à car.279.

Pſalmus 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſeruaueris Domine: Domine quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſrael in Domino.

Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria Patri,&c.

Pſalmus 131.

MEmento Domine Dauid:& omnis manſuetudinis eius.

Sicut iurauit Dño: votum vouit Deo Iacob.

Si introiero in tabernaculum domus meæ: ſi aſcendero in lectum ſtrati mei.

Si dedero ſomnum oculis meis: & palpebris meis dormitationem.

Et requiem temporibus meis: donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.

Ecce audiuimus eam in Ephrata: inuenimus eam in campis siluæ.
Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius.
Surge Domine in requiem tuam: tu & arca sanctificationis tuæ.
Sacerdotes tui induantur iustitiam: & sancti tui exultent.
Propter Dauid seruum tuum: non auertas faciem Christi tui.
Iurauit Dñs Dauid veritatem, & non frustrabitur eũ: de fructu vẽtris tui ponã sup sedẽ tuã.
Si custodierint filij tui testamentum meum: & testimonia mea hæc, quæ docebo eos.
Et filij eorum vsque in sæculum: sedebunt super sedem tuam.
Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in habitationem sibi.
Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.
Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus.
Sacerdotes eius induam salutari: & sancti eius exultatione exultabunt.
Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo.
Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.
L'Hinno, Christe redemptor omnium. à c. 151
Magnificat. à car. 281

Questi Salmi si dicono il giorno della Circoncisione di Nostro Signore al Vespero.

Questi Salmi si dicono il giorno di S. Mattia Apostolo al Vespero, e nella Festa di ogni altro Apostolo.

Psalmus 115.

CRedidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo: oĩs homo mendax.
Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo eius: pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.

O Domine, quia ego seruus tuus: ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis: & nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius: in atrijs domus Domini in medio tui Ierusalem.

In conuertendo. à car. 91. Psalmus 138.

Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

Intellexisti cogitationes meas de longè: semitam meam, & funiculum meum inuestigasti.

Et omnes vias meas præuidisti: quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Domine tu cognouisti omnia nouissima & antiqua: tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam.

Quò ibo à spiritu tuo: & quò à facie tua fugiam?

Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades.

Si sumpsero pennas meas diluculo: & habitauero in extremis maris.
Etenim illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua.
Et dixi, Forsitan tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio mea in delicijs meis.
Quia tenebræ non obscurabuntur à té, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.
Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris meæ.
Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit nimis.
Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto: & substantia mea in inferioribus terræ.
Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur, & nemo in eis.
Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorũ.
Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur: exurrexi, & adhuc sum tecum.
Si occideris Deus peccatores: viri sanguinum declinate à me.
Quia dicitis in cogitatione: Accipient in vanitate ciuitates tuas.
Nonnè, qui oderunt te Domine, oderam: & super inimicos tuos tabescebam?

Perfecto odio oderam illos: & inimici facti sunt mihi.

Proba me Deus, & scito cor meum: interroga me, & cognosce semitas meas.

Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna.

L'Hinno, Exultet cælum laudibus. à car.163
Magnificat.281. l'Antifona,& oratione. 198

I Salmi, che si dicono il giorno dell'Annonciatione della Madonna al Vespero, sono quelli del secondo Officio. à car.62
L'Hinno, Aue maris stella. à car.95
Magnificat.281. l'Antifona,& oratione. 199

I Salmi, che si dicono il giorno di S. Filippo & Giacomo Apostoli al Vespero, si ritrouano à car.283
L'Hinno, Tristes erant Apostoli. à car.163
Magnificat.281. l'Antifona,& oratione. 200

I Salmi, che si dicono il giorno della Natiuità di S. Giouanni Battista al Vespero, sono quelli che si dicono la Vigilia della Natiuità del nostro Signore. à car.281
L'Hinno, Vt queant laxis. à car.160
Magnificat.281. l'Antifona,& oratione. 202

I Salmi, che si dicono il giorno di S. Pietro e Paolo Apostoli, si ritrouano à car.283
L'Antifona, & oratione. à car.203

I Salmi, che si dicono il giorno della Visitatione

tione della Madonna al Vespero, si ritrouano nel terzo Officio à car.93
Magnificat. à car.281
L'Antifona, & oratione. à car.203

I Salmi, che si dicono il giorno di S. Giacomo Apostolo al Vespero, si ritrouano à car.283
Magnificat. à car.281
L'Antifona, & oratione. à car.205

I Salmi, che si dicono il giorno della Transfiguratione del nostro Signor al Vespero, sono quelli che si dicono la Vigilia di Natale del nostro Signore. à car.281
L'Hinno, Quicumque Christum. à car.161
Magnificat.281. l'Antifona, & oratione. 206

Questi Salmi si dicono il giorno di San Lorenzo al Vespero.

Dixit Dominus.279. Confitebor. à car.279
Beatus vir.279. Laudate pueri. à car.280
Credidi. à car.283
L'Hinno, Deus tuorum militum. à car.164
Magnificat.281. l'Antifona, & oratione. 207

I Salmi, che si dicono il giorno dell'Assontione della Madonna al Vespero, si ritrouano nel terzo Officio à car.93
Magnificat.281. l'Antifona, & oratione. 207

I Salmi, che si dicono il giorno di S. Bartolomeo Apostolo, si ritrouano à car.283
Magnificat.281. l'Antifona, & oratione. 208

I Sal-

SALMI,

Che si dicono alle Compiete per tutto l'Anno.

Psalmus 4.

CVm inuocarem, exaudiuit me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei: & exaudi orationem meam.

Filij hominum vsquequò graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum suum: Dominus exaudiet me, cùm clamauero ad eum.

Irascimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino: multi dicunt, Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: dedisti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini & olei sui: multiplicati sunt.

In pace in idipsum: dormiam, & requiescam.

Quoniam tu Domine singulariter in spe: constituisti me.

Gloria Patri, & Filio: &c.

Psal-

Pſalmus 30.

IN te Domine ſperaui, non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me.

Eſto mihi in Deum protectorem: & in domum refugij, vt ſaluum me facias.

Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem abſconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo ſpiritum meum: redemiſti me Domine Deus veritatis.

Gloria Patri, &c.

Pſalmus 90.

QVi habitat in adiutorio Altiſſimi: in protectione Dei cæli commorabitur.

Dicet Domino ſuſceptor meus es tu, & refugium meum: Deus meus ſperabo in eum.

Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantium: & à verbo aſpero.

Scapulis ſuis obumbrabit tibi: & ſub pennis eius ſperabis.

Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno.

A ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: ab incurſu, & dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia

à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.
V erumtamen oculis tuis confiderabis: & retributionem peccatorum videbis.
Q uoniam tu es Domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum.
N on accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.
Q uoniam Angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis.
I n manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.
S uper aspidem & basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem.
Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.
C lamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.
L ongitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meum.
G loria Patri, &c.

Psalmus 133.

ECce nunc benedicite Dominum: omnes serui Domini.
Q ui statis in domo Domini: in atrijs domus Dei nostri.
I n noctibus extollite manus vestras in sancta: & benedicite Dominum.
B enedicat te Dominus ex Sion: qui fecit cælum & terram.
Gloria Patri, & Filio: &c.

Canticum Simeonis. Luc. 2.

NVnc dimittis seruum tuum Domine: secundùm verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei: salutare tuum.

Quod parasti: ante faciem omnium populorum.

Lumen ad reuelationem gentium: & gloriam plebis tuæ Israel.

Gloria Patri, & Filio; & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculorum. Amen.

Il fine di quei Salmi, che si dicono à i Vesperi le Domeniche di tutto l'Anno, & nelle Festiuità solenni.

REGESTVM.

✠ ✠✠ ABCDEFGHIKLM NOPQRSTVXYZ

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn.

Omnes ſunt Quaterniones.



VENETIIS, Apud Iuntas.

D DC XXIX.

DELLA MIRACOLOSA SOLENNITA' ET FESTA del Santissimo Rosario,

Instituita dalla Santità di Nostro Signor Papa Gregorio XIII. per la prima Domenica d'Ottobre.





SEMPRE che dalla Santa Romana Chiesa ne viene d'anno in anno rappresentato alcun Misterio del Santo Rosario, facendo di lui deuota commemoratione & festa, ancorche dir possiamo, che festa sia del santo Rosario, parue però bene à quei nostri antichi Padri, conditori dei riti, & capitoli di questa sacra Compagnia di dargli determinata festa, e giorno; & fecero, che

ſi come il diuino & inenarrabile miſterio dell'Incarnatione del Figliuol di Dio è di tutti gli altri l'origine, & principio: così la feſta ſua, che chiamiamo Annonciatione della Beata Vergine, foſſe la prima e principale del ſanto Roſario. Ma poiche vn ſolo miſterio, benche tra gli altri principale veniua ad eſſer ſolamente celebrato, & non tutti vnitamente, queſta feſta non haueua proprio nome, nè del Roſario ſi faceua particolar mentione, nè officio, nè manco da tutti era come tale oſſeruata, e celebrata.

Hor ecco, che con miracoloſa occaſione; e ſanto veramente & religioſiſſimo conſiglio, è ſtata dalla Santità di Noſtro Signor Papa Gregorio XIII. di felice memoria, per commun beneficio della ſua ſanta Chieſa, inſtituita & ordinata per la prima Domenica d' Ottobre: non tanto per confermatione e commendatione di queſto ſacro rito, & compagnia, quanto per grata e pia recognitione del gran beneficio in gran parte per lei conſeguito, & ottenuto quel giorno di quella

grande, e miracoloſa vittoria de i Prenci-
pi Chriſtiani confederati & collegati inſie
me ſotto Pio Quinto Sommo Pontefice,
di ſanta & eterna memoria, contra il Tur
co, commune nemico del nome Chriſtia-
no, non molto diſcoſto dallo ſtretto di
Corinto a'ſette d'Ottobre M D L XXI.
giorno di Domenica per noi felice quel-
l'anno, dopò Veſpero nel declinar del
giorno: hora nella quale per tutto il Chri-
ſtianeſimo fanno i Fratelli le loro deuote
proceſſioni, implorando & inuocando
la Regina del Cielo, miſericordioſamen-
te non meno che miracoloſamente do-
nataci da Dio, con tanto diſuantaggio
di forze, di vaſſelli, di vento, & d' animo
de' noſtri, fuor d'ogni noſtra ſperanza, in
meno di tre hore, con poco ſangue e
perdita noſtra, con tanta & tanta del ne-
mico.

E chi dubiterà, che i preghi di Maria,
moſſa da tanti ſuoi deuoti inſieme vniti,
in quel medeſimo giorno, hora, & pun-
to, non habbiano moſſo à pietà quella
bontà diuina, & che ella non habbi

come Hester fatto piegare, & inchinare il scettro della Diuina giustitia, à gratia, & fauor nostro? Perche di manco valore istimar non douiamo l'arme spirituali di queste deuote, & ordinate squadre de fedeli; che quelle lucenti, e forti, di quelli inuitti Cauallieri di Christo, non più giustaméte giamai, nè più gloriosamente insanguinate?

Hora tra i molti miracoli, & tra le molte gratie con questo deuoto modo d'orare, per intercessione della Sacratissima Vergine ottenute, & conseguite, che io per più breuità tralascio, questa già detta tãto singolare basti ad indurci à questa pia, & santa institutione, & come grati di così gran beneficio à rendere in questo sacro, & memorando giorno le douute gratie à Dio, che l'hà misericordiosamente donata, & alla Regina Madre, che l'hà benignamente impetrata; facendone lieta, & gloriosa festa: si come il Breue di Nostro Signor Papa Gregorio piamente ci inuita, che incomincia, *Ad perpetuam rei memoriam, &c.*

Dat. Romæ, Apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die primo Aprilis, M D L X X I I I. Pontificatus nostri Anno primo.


Cæs. Glorierius.

QVELLO, CHE SIANO tenuti à fare quelli, che sono scritti nella Confraternità del Santissimo Rosario, e come & quante volte si debba dire il Salterio, ò Rosario di Nostra Donna.

QVello, che si scriue nella Compagnia del Rosario, non hà cosa alcuna, che lo obblighi à peccato, ò à qual si voglia pena: ma solo, se vuol participare de' beni, che si fanno nella Confraternità del Rosario, & nella Religione di san Domenico, & l'altre Indulgenze, e gratie da Sommi Pontefici concesse, deue dire vna volta la settimana tutto il Salterio, ò Rosario, ò Corona di Nostra Donna, che sono 150. Aue Maria, & 15. Pater noster, che fanno in tutto 15. poste della Corona ordinaria, & non è obligato à dirne più, se già non volesse doppiare in sè i meriti, & l'Indulgenze, come può fare: & queste 150. Aue Maria, & 15. Pater noster, ordinati in 15. poste, si debbono dire da chi può,

& il sà, adoprandoci ancor qualche fatica ad impararlo, contemplando 15. Misterij diuini di Giesù Christo, & della Madre Maria, per ogni posta di detta Corona, ò Rosario vn Misterio, de quali i primi cinque Misterij s'addimandano Gaudiosi, i secondi Dolorosi, i terzi Gloriosi. Et si come in vna Rosa sono tre cose, cioè Frondi, Spine, & Fiore : così in vn compito Rosario della Vergine Maria, le Frondi sono il Rosario Gaudioso, le Spine il Doloroso, & il Fiore il Glorioso, come leggendo qui sotto intenderete.

S'vn bel Rosaio hà frondi gratiose,
Il Rosario hà misterij Gaudiosi :
E se l'vn mostra spine aspre, e noiose,
L'altro palesa Casi Dolorosi :
Et come in quello son fiorite Rose,
Cosi in questo son Atti Gloriosi :
Di gaudio adunque, di dolor, di gloria,
E frondi, e spine, e fior facciam memoria.


V. F.

Nella prima posta, si contemplano i cinque Misterij Gaudiosi.

Misterio primo Gaudioso.

NEl primo Misterio dicẽdo vn Pater noster, & diece Aue Maria, si contempla, come la Vergine santa fù annonciata dall'Angelo Gabrielo, che doueua concipere, & partorire il Signor Giesu Christo nostro Redentore.

ORATIONE.

O Regina delle Vergini Maria, per l'altissimo misterio dell'Incarnatione del vostro diletto figliuolo Giesù principio della nostra salute; Fate ch'io conosca il gran beneficio, che fatto mi hà, degnandosi esser mio fratello, & darmi voi per madre mia dilettissima.

Misterio secondo Gaudioso.

NEl secondo Misterio dicendo vn Pater noster, & diece Aue Maria, si cõtempla, come la Vergine santa hauendo inteso, che santa Elisabetta era grauida, si partì subito, & andò à visitarla in casa sua, & stette con essa tre mesi.

ORA-

ORATIONE.

O Maria specchio lucidissimo d'humiltà; per la gran carità, con la quale vi sete degnata visitar Elisabetta: Fate che il mio cuore sia visitato dal vostro dolce figliuolo, acciò purgata la conscienza mia da ogni macchia di peccato, senza fine lo lodi, & ringratij.

Misterio terzo Gaudioso.

NEl terzo dicendo vn Pater noster, & diece Aue Maria, si contempla, come essendo venuto il tempo di partorire, partorì Maria sempre Vergine nella città di Bethleem, il nostro Redentore nella mezza notte frà due animali nel presepio.

ORATIONE.

O Madre di Dio castissima, per il parto giocondo, & verginale, con il quale partoristi Giesù vnico vostro figliuolo: Fate che la mia vita sia pura, & angelica, acciò che io possa continuamente, & senza fine cantare le sue & vostre misericordie infinite.

Misterio quarto Gaudioso.

NEl quarto dicendo vn Pater noster, & diece Aue Maria, si contempla,

come nel giorno della sua Purificatione, la Vergine santa presentò Christo nostro Signore nel Tẽpio, nelle braccia del vecchio Simeone. ORATIONE.


O Maestra ammirabile d'obedienza, che presentasti nel tempio l'istesso Signor del Tempio: Impetrate per me gratia dal vostro dilettissimo figliuolo Giesù, di poter insieme con il buon Simeone, & Anna sempre lodarlo, & benedirlo.

Misterio quinto Gaudioso.

NEl quinto dicendo vn Pater noster, & diece Aue Maria, si contempla, come la Vergine Maria hauendo smarrito il suo Figliuolo, e cercatolo per tre giorni, alla fine il terzo giorno lo ritrouò in mezo de' Dottori, che disputaua, essendo d'anni dodici.

ORATIONE.

O Maria vera consolatrice de gli afflitti, per il gaudio, che hauesti ritrouando il vostro caro figliuolo nel Tempio in mezo de' Dottori: concedetemi ch'io ricerchi & ritroui quello nella Chiesa santa Catholica, nè mai per li miei peccati da quello mi discosti.



Nelle seguenti cinque poste, si contemplano i cinque Misterij Dolorosi.

Misterio primo Doloroso.

NEl primo Misterio dicẽdo vn Pater noster, & diece Aue Maria, si contempla, come il nostro Signore, facendo oratione nell'horto, sudò sangue.

ORATIONE.

O Vergine più che martire Maria, per quella infiammata oratione, con la quale il vostro Figliuolo pregò nell'horto l'eterno Padre: Pregate per me, acciò preualendo in me la ragione, sempre mi sottoponga al suo diuin volere.

Misterio secondo Doloroso.

NEl secondo dicẽdo vn Pater noster, & diece Aue Maria, si contempla, come Giesu Christo fù flagellato in casa di Pilato crudelissimamẽte, e furongli date seimilla, seicento, sessantasei battiture.

ORATIONE.

O Madre di Dio fonte di patienza, quell'aspra disciplina, che hà patito il vostro caro figliuolo Giesù, castighi li miei sensi; & il coltello di dolore, che per quella

vi trafiße l'alma, togli da me tutte l'occasioni de' peccati.

Misterio terzo Doloroso.

NEl terzo dicendo vn Pater noster, & diece Aue Maria, si contempla, come Giesu Christo fù coronato di pungenti spine.

ORATIONE.

O Madre dell'eterno Prencipe di gloria, per quelle spine crudeli, c'hanno trafitta la sua diuina testa; scacci dal cuor mio ogni superbia, & mi liberi nel dì del Giudicio dalla confusione ch'io merito per li miei peccati.

Misterio quarto Doloroso.

NEl quarto dicendo vn Pater noster, & diece Aue Maria, si contempla, come essendo Giesu Christo condannato à morte, per sua maggior vergogna, e dolore gli fù posto sopra le spalle il legno della Croce.

ORATIONE.

O Specchio di patienza Maria, per il peso graue della santa Croce, sopra la quale Giesù portò gl'infiniti miei peccati,

datemi virtù, ch'io porti la Croce della penitenza seguitando lui fino alla fine.

Misterio quinto Doloroso.

NEl quinto dicendo vn Pater noster, & diece Aue Maria, si contempla, come Giesu Christo, gionto sù'l monte Caluario, fù spogliato, & cõfitto in Croce con durissimi, & crudelissimi chiodi, doue era presente l'afflitta madre.

ORATIONE.

O Madre di Dio benignissima, si come le delicate membra del vostro Figliuolo furono distese nella Croce: così distendansi i miei desiderij in seruirlo, & le mie viscere in compatirli. Et voi beata Vergine habbiate cura di me.




V. F.

Nelle seguenti vltime poste, si contemplano i cinque Misterij Gloriosi.

Misterio primo Glorioso.

NEl primo Misterio dicẽdo vn Pater noster, & diece Aue Maria, si contempla, come il Signor nostro Giesu Christo il terzo giorno dopò la sua morte, & passione, resuscitò trionfante, e glorioso per non mai più morire.

ORATIONE.

O Vergine gloriosa Maria, per quel giubilo di vero gaudio, che'l vostro Figliuolo resuscitato vi diede: non vogliate sopportare, che il mio cuore si riposi ne i falsi piaceri del mondo; ma ne' veri beni celesti si quieti.

Misterio secondo Glorioso.

NEl secondo dicendo vn Pater noster, & diece Aue Maria, si contempla, come Christo dopò quaranta giorni, che fù resuscitato, ascese al Cielo con mirabil festa, e trionfo, vedendolo la sua Madre santissima con tutti i suoi Discepoli.

ORATIONE.

O Madre di Dio consolatrice de gli afflitti, si come il vostro Figliuolo benedicendo i suoi, salì al Cielo: Così fate ch'io riceua la sua, e vostra benedittione; acciò lasciando questa mortal spoglia, con giubilo ne voli al Cielo.

Misterio terzo Glorioso.

NEl terzo dicendo vn Pater noster, & diece Aue Maria, si contempla, come Christo sedendo alla destra del Padre, mandò lo Spirito santo nel cenacolo, doue erano gli Apostoli con Maria Vergine congregati.

ORATIONE.

O Sacrario dello Spirito santo, quel soaue spirito, che mandò il vostro caro Figliuolo à rallegrare, e consolare i suoi Apostoli; insegni à me la verità in questo mondo, acciò bene operando; io camini per la via della salute.

Misterio quarto Glorioso.

NEl quarto dicendo vn Pater noster, & diece Aue Maria, si contem-

pla, come la Vergine gloriosa dodici anni dopò la resurrettione del nostro Signore, passò da questa vita, & da gli Angeli fù assonta in Cielo.

ORATIONE.

O Vergine prudentissima, poiche sì gloriosamente salendo al Cielo, desti allegrezza à gli Angeli, & à gli huomini: pregate per me, acciò liberato nell'hora della morte dalle horribili visioni de' demonij, lieto salisca al Cielo.

Misterio quinto Glorioso.

NEl quinto & vltimo, dicẽdo vn Pater noster, & diece Aue Maria, si cõtempla, come la Vergine fù coronata dal suo Figliuolo, & si contempla la gloria di tutti i Santi.

ORATIONE.

O Regina delle celesti Gierarchie, degnateui di accettare questa Corona di Rose: & concedetemi Signora mia vn tanto infiammato desiderio di vederui coronata di gloria, che null'altra cosa mi molesti & turbi.

Et questo è l'obligo, che tengono i Fratelli, e Sorelle del Rosario di dire ogni

ſettimana vna volta ſola, come è detto: & ſi poſſon dire tutte le quindici poſte in vn giorno, ouero in tre, come più li torna cõmodo, & ſiano quali ſi vogliono i tre giorni, che tu eleggerai, pur che contẽpli nelle prime cinque poſte, ò vuoi nel primo giorno (come è detto) i miſterij Gaudioſi: nelle ſeconde cinque poſte, ò nel ſecondo giorno i miſterij Penoſi: nelle terze cinque poſte, ò nel terzo giorno i cinque miſterij Glorioſi. Et detto Roſario diuiſo, come è detto in 15. poſte, ouero 150. Aue Maria, & 15. Pater noſter, lo potrai dire in Chieſa, in caſa, in piazza, nella via, in terra, in mare, in boſchi, & in ogni altro luogo. Puoſſi dire ancora in ginocchioni, in piedi, ſedendo, caminando, à piedi, à cauallo, & in ogni altro modo, che vorrai, pur che tu habbi la mente leuata à Dio, & alla glorioſa Vergine Maria: & laſciando di dir il Roſario, ò per negligenza, ò per altra cauſa, non pecchi: ma ſolo per quel tempo, che tu nõ lo dici, ſei priuo della participatione de' beni, che ſi fanno fra gli altri cõfratri, e cõſuore, che lo dicono, e di quelli,

che ſi fanno nella religione di S. Domenico, & non acquiſti l' Indulgenze conceſſe à quelli che lo dicono: & chi non voleſſe, ò non poteſſe dirlo, potrà farlo dire da qualche perſona per ſua parte, & gioueragli come ſe lui ſteſſo lo diceſſe.

Puoſſi ancor dire il Roſario per i morti, & gioua loro, come ſe viueſſero, purche ſieno ſcritti nella Compagnia, ò prima che moriſſero, ò poi che ſono morti.

Item ſi notifica, che neſſuno può eſſer riceuuto, ò ſcritto in detta Confraternità, ſe non da quelle perſone, che hanno particolar licenza dal Reuerendiſs. Generale dell'Ordine di San Domenico, ò da' ſuoi Prouinciali, & dopò ch'è ſcrittto, da i predetti farà benedire la Corona del Roſario, che ſi fà di cinquanta Aue Maria, & cinque Pater noſter.

Item ſi notifica, che per farſi riceuere, & ſcriuere in detta Confraternità del Roſario, non ſi può riceuer pagamento alcuno: perche così è ordinata queſta Confraternità, che ſia fata ſenza macula d'alcuna mercede temporale, & nella vera charità.

Item, chi sarà scritto in questa Compagnia, è partecipe di tuti li beni, che si fanno per tutto il mondo da' Fratelli, e Sorelle di detta Compagnia.

Item dopò le quattro feste principali della beatissima Vergine Maria, cioè la Purificatione, Annonciatione, Assontione, e Natiuità, si deuono fare quattro Anniuersarij, cioè, quattro Officij de' morti per l'anime de' morti, che sono stati scritti in questa Compagnia, & tutti li fratelli, e Sorelle potendo, non mancheranno d'esser presenti á pregar per quelli.

Item si notifica come ogni prima Domenica di ciascun mese à Vespero, si fa la processione della sopradetta Compagnia del Santissimo Rosario.

Item si notifica, che se bene tutte le feste della Madonna si deuono celebrare, & honorare da i Fratelli di questa Compagnia, nondimeno la principal solēnità di questa Confraternità si hà da celebrare nella festa della Nontiata, cioè à venticinque di Marzo, quando fù salutata, & annontiata dall' Angelo.

Per

PEr ſpecial deuotione, che teneua la felice memoria di Leone X. alla ſantiſſima Vergine, conceſſe à i Fratelli, & Sorelle del Roſario (contriti, e confeſſi in forma Eccleſiæ) tutte l'Indulgenze delle Stationi delle Chieſe di Roma, come ſe ſpecialmente viſitaſſero le dette Chieſe doue ſono tali ſtationi, ogni volta, che ne' giorni di eſſe ſtationi viſitaſſero cinque Altari, ò vn'Altare cinque volte, doue non foſſe più d'vn'Altare, e per ogni Altare diceſſero cinque Aue Maria, e cinque Pater noſter, in qualche Chieſa doue foſſe detto Roſario, ò in altra Chieſa, quando ſi trouaſſe in luogo doue non fuſſe la Compagnia del Roſario. Qual indulto è ſtato da molti altri Sommi Pontefici confermato, come veder ſi può nel Libro intitolato, *Roſario della Madonna.*

Quante ſiano poi le altre Indulgenze conceſſe da diuerſi Sommi Pontefici alla Compagnia del Roſario, manifeſtamente in eſſo libretto appare.

LETANIE
Della Madonna,

Che ſi cantano nella Santa Caſa di Loreto ogni Sabbato, & Feſte della Beata Vergine.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de Cælis Deus, Miſerere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, miſ. nobis.
Spiritus ſancte Deus, miſ. nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, miſ. nobis.
Sancta Maria, ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix, ora.
Sancta Virgo Virginum, ora.
Mater Chriſti, ora.
Mater diuinæ gratiæ, ora.
Mater puriſſima, ora.
Mater caſtiſſima, ora.
Mater inuiolata, ora.
Mater intemerata, ora.

Mater

Mater amabilis, ora.
Mater admirabilis, ora.
Mater Creatoris, ora.
Mater Saluatoris, ora.
Virgo prudentiſſima, ora.
Virgo veneranda, ora.
Virgo prædicanda, ora.
Virgo potens, ora.
Virgo clemens, ora.
Virgo fidelis, ora.
Speculum iuſtitiæ, ora.
Sedes ſapientiæ, ora.
Cauſa noſtræ lætitiæ, ora.
Vas ſpirituale, ora.
Vas honorabile, ora.
Vas inſigne deuotionis, ora.
Roſa myſtica, ora.
Turris Dauidica, ora.
Turris Eburnea, ora.
Domus Aurea, ora.
Fœderis Arca, ora.
Ianua Cæli, ora.
Stella matutina, ora.
Salus infirmorum, ora.
Refugium peccatorum, ora

Con-

Consolatrix afflictorum, ora.
Auxilium Christianorum, ora.
Regina Angelorum, ora.
Regina Patriarcharum, ora.
Regina Prophetarum, ora.
Regina Apostolorum, ora.
Regina Martyrum, ora.
Regina Confessorum, ora.
Regina Virginum, ora.
Regina Sanctorum omnium, ora.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Antiphona. Sub tuum præsidium confugimus, sancta Dei genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus: sed à periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriosa & benedicta. ℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi. ℣. Domine exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

Gra-

Miserere mei Deus



